

1782

UVA BHSC

BIBLIOTECA

DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.

Estante n.º

1334

Tabla

5

Número

95

98

188

UVA. BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA. BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC



Scrupuli Doctoris Sorbonici orti ex Libro
R. P. Henrici de Noris, qui inscribitur
Historia Pelagiana. &c.

Ad Romanos huius libri Censores.

Accepi non ita pridem, Reverendissimi Censores, novam
Romae paravi editionem libri Norisiani, cui titulus est: Historia
Pelagiana, et Dissertatio de Synodo V. Aemmonica & Ad-
ditis Undecim Augustinianis pro libris à S. Doctore contra
Pelagianos, ac Semipelagianos scriptis. Vos autem à Summo
Pontifice libro pius recognoscendo fuisse praefectos.

Rem vobis haud ingratam me esse facturum pu-
tavi, si nonnullas difficultates, tum mihi, tum pluribus nostrae
Facultatis Doctoribus in eo quondam legendis subortas proponerem:
quippe quae vixis cordatis, ac Sedi Apostolicae plane devotis visis
sunt minime contemnenda.



Scrupulos appellari ad eorum similitudinem, quos nuper in nostro
litterarum Diario legebam Romanis itidem censoribus propositis fuis-
se ante annos circiter quindecim, simili proxi in causa, cum reueren-
dus in Urbe esset Belgae cuiusdam liber inscriptus: Specimina mora-
lis Christiana, et Morali Diabolica: circa quem varios scrupulos, non
sine opere pretio mihi esse memini.

Verum erit Censores equissimi, ipso eventu palam facere
vtrum hinc meos scrupulos inanes, an probandos iudicaverint. Utum-
que res se habeat, nonnum videtur inbecillitate scripsisse, qui ita quales-
cumque animadversiones, non alio, quam scrupulorum titulo donaverunt.
Triplacis generis erunt. Alij auctoritatem sedis Apostolicae; alij Gallica-
nae Ecclesiae, quae norma privatim res est, dignitatem, ac famam; postremo
denique Catholicum dogma spectabunt.

Part 1^a

De iis, qui auctoritatem spectant Sedis Apostolicae.

Mirum forte nonnullis videbitur ab Ultramontano Douce Censore
Romanos admoneri de iis, quae Summi Pontificis Minister videtur scripsisse
in praesudicium S. Sedis Apostolicae; Quasi Romani caecitate in iis perirent,
Gallo acutius vidente. Verum erit iudicium equissimi censoris, postquam

ea narravero, que dicitur Nōisius Historia Pelagiana lib. 2. Cap. 18. et seq-
de Scythis Monachis. Historiam prius verbi pauca expono, prout omnes
ipseque Nōisius conpctior se habere.

§. 1. Scytharum Monachorum Gesta.

Sedente S. Hormista (fuit hoc initium seculi VI.) Scythia quidam
Monastico habitu Constantinopolim venerunt, illucq; cum sua Provincia
Episcopo, tum vero Catholicos alios heresis accusabant, qui nolent ad fi-
dei professionem a Synodo Calcedonensi constitutam ista verba addere?
Crucifixus est unus ex Trinitate.

Causa primum ad Patriarcham, deinde ad legatos Apo-
stolicos delata negarunt hi omnes uno ore in sua potestate esse quidquam
adjicere ad ea, que Synodus Calcedonensis in fidei confessione posuisset: cum
praesertim adjuenda propositio ea ipsa esset, quam soli hactenus Euthichia-
ni probaverant, quamq; famosus hereticus Anastasius Imperator aperta vi
concederat ecclesijs obtrudere.

Scythia à proprijs Episcopis, à Patriarcha, à Legatis S. Sedis
repulsi, ac propterea uniuerso hereticos appellantes Romam pergunt; no-
uam propositionem à S. Pontifice adijci petunt fidei professioni, sed spes
eos multum fefellit. Advenarum consilia odoratus Hormista Legatos
suos quam primum revocat, ut his presentibus causa iudicaretur: Interea
Scythas ex urbe clam discedere conatos custodiri praecipit. Id cum

egre ferunt Pseudo-monachi in publicum usque prodire conventum. (Ver-
ba sunt Hormisdæ ipsius) ad concussionem quieti, circa Regum statuas incla-
mantel; et nisi fidelis populi constantia resistisset, per diabolica semina nefanda
zizania apud illos disensionem, et discordiam commouissent, per quos adiutorio
Dei de legione eorum est pulsa dissonio. Interea tumultus, quem ipsi excitaue-
rant opportunitate vi Scythæ clam aufugunt: ex quo nomini dubium super fuit
quo consilio accenserent.

Rem ita gestam Hormisdas præcipit in Epist. ad Possidonium
Africanum episcopum Constantinopolitani regentem: Ne si illuc fuerint Scy-
thæ forte delati (inquit) ignorantes quemadmodum se in urbe Romana tracta-
verint, sub aliqua verborum specie deciperent.

Talis Epistola cum fuerit ubique perculgata, eam
Ioannes Maxentius Scytharum Intesignanus refellendam ita suscepit, ut sin-
geret dubitare se vere ne ab Hormisdæ scripta esset: quamquam ex ipso libe-
lli contextu manifeste apparet, non modo scivisse illum quis esset auctor epi-
stolæ, verum etiam omnibus notum esse voluisse; cum ea in hunc jaci-
at, qua in Hormisdæ aperte cadunt. Hæc omnia Scytharum gesta, de
quibus nemo cuiquam contradicit.

§. II. Quid de his senserint nostrorum temporum
Scriptores Catholici?

Ex Baronius (Norino teste) appellat Pseudo-Monachos, Verispelles,

impios, circulatores, impostores: Recenset eorum imposturas, dolos, fallaciam perfidiam, temeritatem, perveritatem, et procius effrenam audaciam: signis denique haud obscuris, et argumentis minime dubijs comprobato, aut, fuisse eutychem hereticos; ita tamen ut speciem praeserentes orthodoxorum, ipsum eutychem cum suis sectatoribus oppugnari videre voluerint, ac pro ratione temporis, et personarum fidei formulas diversas haberent, subinde mutant fidei confessionem, ne deprehendi poter, quod essent heretici. Cuius haud dubie alludit Baronius ad haec Hieronimi verba: Ne si illi fuerint forte delati, ignorantes quemadmodum se in urbe Romana tractaverint sub aliqua verborum simulatione possint decipere.

Bellarminus de Joanne Maxentio Scytharum Synkello haec ait: Nestorianos ita refellit, ut ad Eutychem declinare videatur. (De scriptis. Ecclesiae. 32o.)

Ioannes Brasichellanus magister Sacri Palatii: Joannem Maxentium, et socios eius monachos Scythas fuisse palam eutychem perperam, damnatos ab Romana Ecclesia, et ingentes turbas in ecclesia Catholica excitasse, cum constantinopoli, tum Roma, ex multis Relationibus, et ex varijs epistolis eiusdem Hieronimi aperissime intelligitur.

Auctores Bibliothecae Patrum ipsa Brasichellani verba velut obelum, ac certam heresi notam praefigunt operibus Maxentij.

Conciliorum Collectio Hispanica: Ioannes Maxentius

hereticus, et mendax... hereticus pestilentissimus hanc epistolam Thoma-
mista esse negavit.

Conciliorum collectio ultima: Vasertimi huiusce heretici, at-
que ut minimum loquar, eurychiana fuligine tinoti patrocinium nuper
susceperunt Jansenij Arcta, sed infelici plane, atque inuito conatu.

§. III. Quid de his Scythis jam olim senserit Ecclesia?

Sensus ille Ecclesia haud melius poterit cognosci, quam si colligantur
in unum testimonia. Primo. Episcoporum localium. Secundo. Prima-
ti, seu Patriarcha. Tertio. Legatorum Sanctae seoir. Quarto. Summi
Pontificis ipsius. Quinto. Fortius denuum Cleri, ac populi Romani.

Primo, Patermus Tomitanus Antistes, et Comprovincia-
les Episcopi Scythas primum omnium subodorati sunt, ac ceteris cognoscer-
dos dederunt. Expropter accusati ab ijs fuere, velut Nestoriana heresi-
is fautores.

Isti de sua Provincia Episcopos accusant, inter quos est
Patermus Tomitanae Civitatis Antistes. Omnes, qui acceperunt Syno-
dum Calcedonensem, Nestorianos diciunt, dicens; non sufficit Sy-
nodus contra Nestorium. Suggestio Germani post Epist. 65. Thoma-
mista, et suggestio Dioscori per Eulogium post Epist. 67.

Cum vero detecta fuisset calumnia Paterno illata, ip-
soque accusatores preciperet Imperator suo Episcopo supplicare, fu-
gam lapsi Monachi maluerunt de Civitate discedere, quam ad concordiam

personarum. (Suggestio Germani.)

Secundo. Patriarcha Constantinopolitanus eorum audita causa pretererat illi iudicio, quod Legati Pontificij, ac deinde sancta sedes de Scythis rulerunt. Patriarcha iudicium ecclesia omnis Constantinopolitana secuta est, ut testantur Legati in Epistola ad Hormisdam: Eo omnis Constantinopolitana exhorret Ecclesia. Patriarcha vicarium Nestorianus et ipse appellatus est ab Scythis, quia cum legisset ante omnes omnia, quae sunt in synodo Calcedonensi constituta (dixit) Praeter ista nihil mihi aliud dicatur: qui sequitur ista potest inter Catholicos esse? Scythae contra: non sufficit synodus contra Nestorianum, et sic manifestatum est omnibus Catholicis (inquit o Legatis unus) hi homines quales sunt, et quales intentiones habeant, et quid volunt in fide Catholica introducere. (Ibidem, et in suggestione Dioscori post Epistolam 67. Hormisdæ.)

Tertio. Legati apostolica numero quinque, cum omni exceptione maiores, e quibus duo sanctitatis perpetua laude florebant Scythas velut Eutychemorum fœderatos anathemate perculerunt, de quibus ita scripsit ad Hormisdam: Legamus ut consueta cautela, et qua solet Dominus Noster Vigilantia cogitari, et quomodo suspendendi sunt qui a nobis taliter recesserunt, et a nostra Communionem fuerunt separati, et quid eis respondeatur, vel quomodo eorum Capicula repellantur; quia eo omnes Constantinopolitana exhorret Ecclesia.

(Suggestio cum Dei. post Epist. 65.)

Insiuator antiquus, (inquit e Legatis unus nempe Diosco-
rus) suscitavit monachos de Syphra. . . Omnium Christianorum voti ad-
versarios. Est in propositione eorum Callida, et haec dicere: Nō Synodum
Calcedonensem suscipimus: hoc speramus ut subeatis eam exponere, quia
non sufficit sic quomodo est exposita contra haesim Nestorianam: non
quasi non intelligentes, nisi conantes per subtilitatem ad hoc nos adducere, ut
disputemus de Synodo Calcedonensi; quod si factum fuerit, dubia, et infor-
ma ostendatur, et haereticorum omnium patitur erroi. (Suggestio. Verum est
post Epistolam 65. Hormista.)

De ipsa vero persona, et moribus monachorum, Dioscorus
haec addit: Maxentius tamen, qui sub Abbatis vocabulo dixit se Congre-
gationem habere, si interrogetur, aut cum quibus monachis vixit, aut in quo
Monasterio, aut sub quo Abbate monachus factus est; dicere non poterit.
Similiter, et si de Achile dicere volueris, non facio supervacuum: cui suffi-
cit semper latere propter Constantiam suam ab omnibus Catholicis damnatam.

Equidem Novius testimonium rejicit Dioscori, quem
licet Hormista unice carum, ob verum agendarum peritiam, ac doctri-
ne copiam, ac conflato contra Bonifacium schismate mox paucos dies,
ultore numine, ait fuisse extinctum, ut ex ijs aperte intelligatur, inquit,
quem hominum Syphra monachi accusatorem habuerint.

Ipsa verba Novij, sed quae plane injuriosa sunt Romanae

Celestis, Sanctoque Agapeto, qui simul ac in Petri sedem fuit erectus, coacto
eo sine Coniilio, Dioscori memoriam a Calumnia liberavit. Ad Verba Inq-
uavit in Agapeto.

Hic in ortu episcopatus sui libellos anathematiz, quos invidia
dolo extorserat Bonifacius a Presbiteris, et Episcopis contra Canones, adver-
sus Dioscorum, in medio Ecclesie congregatis omnibus, incendio consumpsit, et
absolvit totam Ecclesiam invidia perfidorum.

Ecce quo in numero Nestorii habet Canonica Ecclesia
Romana, ac sanctissimorum ipsius Pontificum iudicia, Dioscorus s. Hormi-
da unice carus a Sancto Agapeto a Calumnia vindicatus, de Romana
Ecclesia cumulatissime meritis, doctrina copia, rerumque agendarum pe-
ritia insignis, quia Scythas accusavit, homo improbus Nestorio, ac pla-
ne sceleratus est: Scythas vero ipsi a proprijs Episcopis, a Patriarcha
totaque Ecclesia constantinopolitana Civitatis, a Legato s. sedis, ab
Hormida Summo Pontifice, a Clero, Populoque Romano inter Eu-
tychianos veneriti, eoque nomine in honore habiti, homines sunt in
fide irreprehensibiles, imo sane de incarnatione doctrina vindices; quia
Faustum velut semipelagianum habuerunt.

Verum suspectus sit Dioscorus, neque adversus Scythas
audiendus, quid? Germanus ne, et Joannes, ambo Episcopi, Blandi-
nus Presbiter, et Felix Diaconus idcirco veniendi, erunt tamquam tes-
tes minus idonei? Profecto Germanus Capuanus Episcopus ille ip-
se est, qui Sancto Benedicto vidente, fuit inter Calites sublatus:

Joannes vero susceptis pro fidei defensione vulneribus, (inquit Baronius) insignibus martirij meruit decorari.

Restat audire Sanctum Hieronymum suo ac totius Ecclesie nomine loquentem.

Vbi (inquit) non varia tentationis aculei? quales per
huic fere jugem annum quorundam Scytharum, qui Monachos praeferebant, specie non veritate, professione non opere, subtili rectas Calliditate Veritas, et sub Religionis obtentu famulancia Odij suis Venena perculimus? studentes eos ab interno vulnere medicabili patientia moleramine sanare. Beati Pauli monita non tacentes: noli verbis contendere
ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium. Sed quando viuis, quod viscera penetravit, evellitur? quando corda male sibi credula Veritatis obtemperant institutis? quando inruit obedientia humilitatem Opinionibus suis Vallata superbia? quando acquiescunt paci contentionum studij asueti, sola certamina amantef de Religione captare, et mandata negligere? numquam apud eos Charitas novo commendata praeccepto; numquam pax Dominio relicta discessu: una pertinacis cura propositi, rationi velle imperare, non credere; contemptores auctoritatum Veterum, novarum cupidi questionum, solam putante scientia Rectam Viam, qualibet contempta facilitate sententiam; eo usque tumore elati, ut ad arbitrium suum utriusque orbis putent inclinandum esse judicium, nec in nu-

(mero)

6

fideliū deputantes sequaces traditionis paternae, si sua viderent cedere nolle
sententia: docti crimina serere, obiectationū venena componere, integrum eccle-
siae corpus odire. . . . Nos illos potius moniti, non mansuetudine, non auc-
thoritate comprimere; et nisi fidei populi constantia resistat, per diabolica
semina nefanda Zicania apud illos disensionem, et discordiam commovissent,
per quos adiutorio Dei de Regione eorum est pulsa diuino. De eis vero
probavimus Prophetica Apostolum voc dixisse, in novissimis diebus instare
tempora periculosa, et fore homines sui tantum amatores, habentes formam
pietatis, Virtutem autem eius abnegantes; itaque esse vitandos.

Vos appello Reverendissimi Conores, ex vobis scire cupio Catho-
licae ne, an fidei vindices haberi olim ab Ecclesia fuerint, quos sui primum
episcopi, deinde Constantinopolitana Ecclesia, simul Apostolici Legati, ip-
sique summus Pontifex anathemate percellunt, ac vitandos declinant, velut
Christianorum omnium adversarios, veneno quod viticera sua penetravit plenas;
eo usque tumore elatos, ut ad arbitrium suum (in materia fidei) utriusq[ue]
orbis putent inclinandum esse iudicium? Quis de orthodoxis loquatur in
hunc modum? Quales sunt, et quas intentiones habent, et quid volunt in fi-
de catholica introducere, cum Dei adiutorio manifestatum ex omnibus Catho-
licis. . . . De eis vero probavimus Prophetica Apostolum voc dixisse: in novissi-
mis diebus instare tempora periculosa, et fore homines sui tantum amatores
habentes formam pietatis, Virtutem autem eius abnegantes; itaque esse vi-
tandos. Ego quidem apud antiquos non meminisse haec Apostoli verba intelli-
gi nisi de haereticis.

At quid disputamus Vraūm Sythas pro haereticis habueris

Homistas, cum ipsi ultra Scythas confiteantur eo se numero fuisse à Summo Pontifice computatos.

Licit eos (inquit Maxentius) publica veritatis conscientia manifeste hereticos non audeat accusare Homistas, oblique tamen, et Callide hoc vult de eis intelligi; dumque ipsos iniquis imprudenter obreccationibus lacerat, falsisque criminacionibus nititur obfuscare, se ipsum veri erroris nigredine adoperatum cunctorum aspectibus anteponeit.

Ex dictis hactenus patet quemadmodum de tot, tamque diversis omnium hominum hominibus, qui sive in oriente, sive in Occidente Scythas Monachos viderunt, simul eorum scripta omnia perlegerunt, et circumsus collato cum his sermone mentem ipsorum intraspexerunt, nemo non illos hereticos pronuntiavit.

At super his, inquit Noisius, conceptam gravium sententiam mutavit Justinianus, illorum fidem praterea comprobavit plures Africa Episcopi Fulgentio Duce.

De Justiniano quod Respondere verum nihil est; siquidem Noisius ipse Justinianum fatetur a Papa percutum esse, quod in causa Scythica sententiam mutasset, quo novi Consul Vitaliani Monachorum illorum infelici Patroni favorem vel amicitiam sibi conciliaret.

Quoad Africanos spectat, approbaverunt quod legerant, non quod ipsi fuerat dissimulatum, sicut olim Belagius Viri summi occultantem Lozinus Papa laudavit (ut narrat Baronius) ad annum 417 et sequentibus. Quam vero solemne seipsum esse suam heresim occultare satis declarat S. Homistas Ponerov. Itac ideo (inquit) dilectioni Vera

7

indicanda sub occasione credidimus, ne si illuc fuerint forte delati, ignorantes quo-
madmodum se in Urbe Romana tractaverint, sub aliqua verborum simulatione
deciperent.

Ad Africanos in Sardinia exules mittunt scythia fidei professionem
quam summe sua innoxerat catholicam inveniri, ut post anathema undique
in se, sive ab oriente, sive ab occidente vibratum aliquos tandem communicaco-
nes invenirent. Api. episcopi, qui de contentionibus in Oriente recentis exor-
is nihil sciebant, nec fraudem eutychianorum sub ambiguis verbis latentem no-
verant, monachorum scriptum probarunt, homines ipsos nec allocuti sunt un-
quam, nec viderunt, scribis, opibus, exceptis, qui litteras deferrebant. Quis con-
ferat tale testimonium cum ea nube testium ex utroque orbe clamantium scy-
thar, quos ipsi viderant, audierantque, esse hereticos?

S. IV. Quid illi scythia de Hormida serviorum?

Hormida epistola ad Posidonem (inquit Norisius) non modo constanti-
nopoli, verum etiam latius per Europam legebatur; in qua cum monachi
scythar arguerentur, nec Fauti libri ut heretici palam reprobanderentur. (adversarii
duas offensionis causas) Joannes Maxentius... eadem obviam scripto vice accus-
et... Quo tamen liberius in Epistola auctorem toto impetu debaccharetur, ne-
gavit illam fuisse ab Hormida scriptam. Quod malitiose negare probat
deinde Norisius. Sciebat itaque Maxentius, Norisio ipso teste, Summi Pontif-
is epistolam esse, quam refelleret; immo volebat a ceteris talem reputari.
Nunquam enim dixit Pontifis non esse, sed facile credi non debere, quod
sit Epistola Pontifis, sed cuiuscumque tandem sit &

Videmus itaque Maxentius, et sic quomodo

acceperint Epistola aucthorum, quem fatente Nestorio, sciebant esse S. Pontificem.

Certe, inquit, aucthorum huius Epistola haereticum esse, quis-
quis ille est, et inimicum Catholicae Veritatis non est dubium: quomodo, ex ipso
dicitur dubitamus. Humana namque tentatione praeventus idem Hormisdas Episcopus,
postquam comperit Nestori Dioscorum, volens ei prestare hoc beneficium, ne in pu-
blico ab eisdem Monachis argueretur haereticus, missi defensoribus cum ingenti vio-
lencia cito exire compulsi. o calumnia! Cui cum urgerentur, compulsi sunt in lo-
cis publicis populum contestari. Tum Epistolam Hormisdas maligne interpretan-
tes aiunt: nam et ipsi haeretici ad hoc ubique hanc ipsam Epistolam proferunt
quatenus... omnes quasi ex auctoritate eiusdem Romani Episcopi prohibeantur
Christum filium Dei unum confiteri ex Trinitate... sed confidenter dicere au-
deo, non quod si per Epistolam, sed quod si viva voce hic in praesenti positus idem
prohiberet Episcopus Christum filium Dei unum confiteri ex sancta, et indivisa
Trinitate, numquam eidem Dei Ecclesia acquiesceret, numquam ut Episcopum Ca-
tholicum veneraretur, sed omnino ut haereticum positum execraretur.

Sexcentis in locis eum appellat haereticum, Nestoriana pravita-
tis fautorem, veteri erroris nigredine adoperitum, Veritati impie resistentem.

Neque unius dumtaxat Nestoriana haereticum summum Pon-
tificem accusant, cum praeterea Pelagianum esse concordant his verbis: callide
tuam nitenti occultare perfidiam, sed te splendore suo detegit Catholica Veritas, et
iuxta cetera mala, etiam superbissima Pelagiana perfidia involuam erroribus
cunctorum oculis anteponeat... adhuc sane ante dicta haereticos spiritus animatus se-
queri, et dici; probat enim virtutis sua validum robur, qui cum impelli-
tur, non movetur.

§. V. Quid de illis Scythis statuatur Norisius?

Monet hoc loco gratitudinis officium (inquit Norisius) ut scilicet ad alia pro-
porantem parum persitamus, ac Joanni Maxentio, et Scythia monachis, ob ege-
gie Augustiniano operi navatam operam, non modo grates referamus, sed
etiam vices rependentes Augustiniana doctrina adversus Faustum defensoribus ne-
cessariam advocacionem commodemus.

Primum quero Scythis illis quid Norisius debeat, aut quale
beneficij genus ab ijs acceperit? non aliud certe quam quod a Luthero, et Pro-
testantibus, qui pariter Augustiniana doctrina defensores se profitentur ad-
versus Pape, et Papistarum errores. Unde enim habet Norisius Maxentius, et
suo veram et Catholicam Augustiniano nomini operam navasse, nisi ex eo
libro in quo aperte pronuntiant adversarium suum, quem summum Pontif-
cem esse sicut Pelagianam perfidiam esse involutum erroribus, et superbissi-
ma hereses spiritu animatum? Ita homines Norisius Augustini defen-
sibus annumerat, proque Petri successore heresi Pelagianam damnato gra-
tiam se debere profectur; adeo ut non possint non esse Catholici quicum-
que pro Augustino, etiam contra sedem Apostolicam inuagunt. Disce-
ditur a proposito sibi argumento, solumque ad alia porantem sicut,
ut Baronium super illis Scythis reprehendat. Etenim inquit magnus
Annalium scriptor ad annos 519. et 520. Maxentium et Scythas Reli-
giosis tantis convicijs exagit, quantum vix fere heresiarcharum aliquem
urquam profudit. Ego quidem de singulis notis, quas Scythi inuicem,

nolo cum eo contentioni finem ducere; sed quod illos non Catholicos dicat. pag. 46. sub Sanctitate monastici habitus latentes hereticos. pag. 49. haec nos admittere non possumus. Manifestum est itaque (Norsio iudice) Soythae ab omnibus prorsus errore absolvi, et Catholicos pronuntiarum.

Quid quod eosdem fidei defensores, et adversus Eutychnianam haeresim viros appellare non dubitat? Norsius (inquit pag. 315) Eutychniana haeresim infamiam, non modo a Maxentio, et Collegii eius propulsi abimus, Verum etiam haeresim Eutychniana strenuos expugnatores probavimus. et pag. 318. Et sane haud reprehendendi sunt Monachi, (Soythe) qui tanto conatu pro Veritate certavimus. Ita Norsius.

S. VI. Quid ex hoc Norsij iudicio Consequatur?

Consequitur primo, homines, quos Episcopi sui, deinde Primas, postea Legati Sanctae Sedis, ipsa demum S. Sedes uno verbo, Romana simul et Graeca Ecclesia, auditorij eorum sermonibus, lectisque scriptis, causa omni dudum et accurate perpena, unanimi sensu iudicaverit hereticos, aut haeresis fautores, eos inquam, homines avari nihil minus posse non solum Catholicos, sed et defensores Catholicae fidei, idque in eo ipso puncto, in quo eos errasse Sancta Sedes, et Ecclesia iudicavit.

Consequitur secundo, veri nominis Catholicum, et optimo iure orthodoxum reputari illum, qui aperte contradicat Episcoporum suorum, Patriarchae, summiq; Pontificis iudicio in materia dogmatum. Erat ille Norsio importunus, impudens et at nihilominus Catholicus, immo Ecclesiae defensor.

9

Consequitur tertio, talem esse posse illum, qui summo Pontifici heresim penè in faciem exprobat, scribitque eum fuisse prevaricatum in materia dogmatica, fuisse errorem, doctrinam hereticam disseminasse, haereticum esse, tam super incarnatione, quam super gratia.

Tale coram orbe Christiano testimonium ex urbe pronuntiat Sanctae Romanae Ecclesiae Pro-Bibliothecarius, cuius auctoritati, si verum est, accepisse quinque Apostolicos Conventus, qui sententiam eandem suo calculo comprobent; qui, imò, futurus est posthac eruditissimorum hominum sensus? i nunc inquam, et adversus Cleri Gallicani propositiones reclama. Certe minime cum periculo Gersonii scripta super hac re quam Norisij, Roma suscipiat; nec deerunt opinor, qui facta utriusque auctoritatis collatione, hoc argumentum valide urgeant, in eoque triumphent.

S. VII. Norisio effugium pracluditur.

Nec quisquam opponat cochleum, aliumve quempiam, qui Maxentij tantummodo libello attendenti eos censuerit ab haeresi immunem. Id enim parum, aut nihil valet ad excusandum Norisium. Quippe aliud est scytharum ipsos unice et absolute predicare, velut omni ex parte orthodoxos, imò fidei vindices; aliud eorum scripta, et quidem ea solum, quae hodie extant ab Eutychiana haeresi eximere.

Ut posteriore dumtaxat modo utro defendas, satis est, si doceas nullam in huius scripti propositionem esse manifestè Eutychianam, et quae non possit Catholico sensu exprimi. Porro id unum in gratiam scytharum

Monachorum fecere Theologi quos diximus, ut ipsorum verba sacri ostendunt. In quo sane veteribus non contradicunt, qui scythas illos pro hereticis habere: cum sepe seant heretici, ne agnoscat, edere Catholicam fidei professionem, cuius deinde verba in sui erroris sensum detorquent. Atque hoc ipsum fecisse scythas testis locuples est Hormisdas Papa. Potest igitur sine fide vel Romanae sedis injuria negari, quod scytharum scripta eutychemam heresim contineant: at vero ipsos etiam auctores ab eius suspitione liberare, qui aggreditur, imo tanquam strenuos fidei defensores laudat, ut aperte facere videtur Norisius: is supponit primo sonum Catholicum, quem illorum scriptis tribuit, cum ipsum esse, quem isti sibi proposuerunt. Secundo nihil aliud ab his scriptum fuisse, quod heresim magis saperet. Tertio, nihil eos in privati sermonibus inter suos Symmyctas docuisse, nisi quod scriptis illis publice editis continetur. Quarto denique, nihil in huius libelli contineri, quod alium de fidei Catholicae principij repugnet.

Hæc sunt, inquam, quæ necessario involvit Norisiana pro scythis Apologia: idque nihil aliud est, quam totam antiquitatem, quæ illos pro hereticis habuit, ut vidimus, calumnia accusare. Hoc si Cochleus, aut quisquam alius faceret, quod non credimus, esset quidem illi culpa cum Norisio communis, longe tamen gravioris momenti in huius, quam in istorum libris.

Sicilicet non privatus aliquis ex Transalpina Regionibus, cuius testimonium aliquis facile exorari poterit. Verum ipsa in urbe scriptor, Sanctæ sedis obsequio peculiari jure manipular, Romana Ecclesiæ Pro-Bibliothecarius, et sacra purpura (ut fama est) propædum induendus, talis, inquam, scriptor ea docet,

qua si vera sunt, fatore necesse est, strenuorum fidei Vindictam tam à pri-
 mis temporibus sententiam fuisse, quod Romanus Pontifex Ecclesiam docens
 errare posse in fide, imò contra fidem pro duabus simul haeresibus,
 Nestoriana videlicet et Pelagiana, Veritatem contra Orthodoxos
 Erigere.

Finis. >



Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





Scrupuli Doctoris Sorbonici orti ex libro Rev. P.
Henrici de Noris, qui inscribitur: Historia Pelagiana. &c.

Ad Romanos huius libri Censores.

Part II. De his, quae spectant ad Ecclesiam Gallicanam.

Primam huius libri partem cum legisset vir Doctus quidam ex
meis amicis ad me adiit, et accurrere aegit, inquit, Romanique aures spuria obrundis. Mag-
nam difficultatum secretum ex Norisij libro iam primum collegimus insignes Theologi
Doms Nèuier, et Franciscus Maedo, quibus fama est non paruum fuisse periculum
Cardinalem de Laurea, Virum Romae magni in Theologia nominis, ac propterea
illo iudice Norisij librum nunquam potuisse aboleri. Verum eo mortuo sumus no-
vos censors designatos esse, ac sententiam continuo dixisse, qua dudum accusatus is
liber, ne apice quidem sublato, approbatus, imo summis laudibus extollitur. Et
putas Danielem esse te, qui dicere possis: Revertimini ad substantiam.

Ad haec ego: non miror, imo gaudeo, qui me vexant, scrupulos alijs
quoque obstitos fuisse. Qui enim multas ortus scrupulis, raro vanus est. Nec vero metu-
endum puto, ne his, qui nostra haec exudici oculis legunt, videatur nihil novi aculeum,
quod Romanorum attentione dignum sit, habent enim utique cordi maiestatem, imo in-
falibilitatem Romani Pontificis, quam Norisiani assercionibus penitus conuelli videri mi-
hi demonstrasse.

Possunt tamen Ultramontani Theologi, si ita lubet, parvi pendere
quae sua sunt; Nos, quae nostra non ponimus. Quamquam ita sunt nostra, quae hic
attingemus, ut simul omnium sint Christi fidelium. Quod enim iam praeboni monuimus

secundo loco proponenda esse à nobis, quæ Gallicanam Ecclesiam privatim spectarent non ita intelleximus, quasi nihil ad reliquam spectarent Ecclesiam. Pertinet quidem hæc secunda pars ad Gallicanam, quia de illis sanctissimis Patribus agitur; sed pertinet nihilominus ad Universalem Ecclesiam, cuius honor, aut dedecus ab illorum honore vel dedecore separari non potest. De his ergo nunc agendum.

§. I. Quid de Vincentio Lerinensi de quo eius Communitorio adversus hæreses scribitur Catholica Ecclesia?

Vincentij Lerinensis Liber, cui titulus est: Communitorium adversus profanas omnium hæresum novitates, ut hæreticis omnibus fatalis, ac summe exous, ita præteritus semper orthodoxis, atque unica carus fuit.

Quanta sit in huius laudes ætatem omnium conspiratio, nemo, vel leviter eundem ignorat. Habebatur quippe velut armamentarium quoddam Ecclesie filijs divinitus paratum, unde omnis generis tela sumerent adversus Novatores. Hinc tot ac toties repetiti Protestantium conatus, ut libri huius auctoritatem elevarent: contra vero periculi cura in colligendis, ac perulgandis elogijs, quibus præteritis sæculis exornatus fuit. Vix enim reperire est ullum antiquitatis opus à sacris scripturis magis commendatum.

Statim à sua morte Vincentius sanctus adscriptus fuit, dieque ipse sacer in Romano Martirologio notatus his verbis: In Monasterio Lerinensi Vincentij Presbiteri doctrina, et sanctitate conspicui.

Illum Beatus Eucherius prædicat tanquam Vivum Sanctum, eloquentia pariter, scientiaque eminentem.

Gennadius in Cathalogo scriptorum illustrium, Vivum in scripturis sanctis docum appellat.

Ado Viennensi eiusdem meminit in suo Martirologio.

De illo agens Honorius Augustodunensis: Vincentius (inquit) Vivus in

12

scripturis sanctis doctus, scripsit Valiosissimam disputationem adversus hereticos.

Horum exemplum secutus Petrus de Natalibus, aliique plerique ut Fruchemius, Sicuti Senensis, Porcinius, Pithaus, Itallius, Perceus, et quotquot sunt qui de scriptoribus ecclesiasticis egerunt, Vincentium Lerinensem eximij laudibus nominatum exornant.

Huius quam mira fuit eruditio (inquit Baronius) ad annum 431 et 434. libellus ipsius ostendit. Quod opus aurum vocat idem Cardinalis, et his nostris temporibus admodum accomodatissimum, et ad sepeliendam Pelagij heresim praeipue idoneum: atque vix reperiri posse, qui paucioribus Cartis maiora, et feliciora tractata clausur.

Scripsit opusculum (ait Cardinalis Belarminus) parvum mole, sed Virtute maximum. Libellus extat, et utilissime legitur.

In indice Librorum expurgandorum Romae per Brasichelanum Sacri Palatii Magistrum edito, cum tam multi alij Bibliothecarum Patrum scripturas praefixum Sancti, aut Divi nomen deleri jussim et, tamen Vincentio Lerinensi discrete ascribitur pag. 117. Col. 1.

§. II. Quid de Vincentio, eiusque libris senserit Norisius?

Virum illum doctrina ac sanctitate adeo celebrem non modo Semipelagianis accenset Norisius, sed quod gravius est, ipsum eius Communitivum tanta ecclesia approbatione omnibus saeculis commendatum, eadem Semipelagianismi nota infamat, id unum in gratiam auctoris concedens, ut idem ei, quod chimica artis Professoribus (contigerit) quorum labor cum ad aurum conficiendum collimaret, licet interno fine fraudati sunt, utilia tamen medicamina reperere?

Equidem ut illum a formali heresi crimine exoneret (addit Norisius, tunc Semipelagianissimi Professorum fuisse, quando adhuc fas erat de re in utramque partem disputare. Sed eundem intorquet describit hominem Vafurum, ac subdolum, imo plane Hypocritam, ac Sycophantam, quippe qui Communitivum

suum scripserit, specie quidem adversus omnium temporum hereticos, re ipsa ut Augu-
stinum oppugnaret, ac tamquam hereticum radicaret, qui hoc fecerit post ipsam S. Celestini
Pape epistolam, qua dicitur veratur ne quis ita de S. Doctore loqui audeat, qui non
modo hanc epistolam pro Augustino eiusque discipulis scriptam, sed de mala in contra-
riam partem detorsit; Verum etiam Vincenianas Objectiones contra S. Doctorem, eius-
que discipulos composuerit, hoc est: ineptissimarum quarundam blasphemiarum prodigia
mendacia, ut vocantur a S. Prospero, qui et auctoritatem asserit fratris Charitatis pro-
nu oblitum. Ecce Novij verba, nequid imponere ipsi existimet.

2. **Eruditus** hic scriptor (Baronius) qui Faustum Abbatem Vulpescum
tam dixit... Vincenij sub eodem Monacho, ut volumus, autem non detexit... Dum se-
quentia attentius legi. Vincenij autem novi... Itaque quos Pontifex laudat (Prosperum, et
Hilarium) Vincenius vocat criminatos, &c. Fingit illum (Prosperum) criminatum
fuisse vides, et Provincias, & quo duo illos... in episcoporum invidiam trahat. &c.
Quarum Vincenium collusionis cum Fausto suo Abbate (Semipelagianorum Insignano)
Deum ostendo... Celestini Pontificis verba arguta ante pervertit, atque contra illos
eiusdem sententiam detorqueat, in quorum favorem lata sunt... Itic idem Vincenius
contra Prosperum aliosque absurdissima asserita publicavit, quasi ab Augustiniano illa
eadem defendere optul: ac hanc calumnias idem Siquitanus solide reficit... & Ita-
renus de Vincenio Novius.

Qui sciens, prudens, et mala fide summo Ecclesie Pastori im-
ponit, ut contra eius expressam sententiam Augustinum ex defensore, antiqua fidei
novatorem, ex Catholico hereticum ab ipso factum esse persuadeat, qui ut tantum
Charitatis oblitus est, ut ad constandam Sanctissimo Doctore, eiusque discipulis in-
vidiam, ineptissimarum blasphemiarum prodigia mendacia his affingat: profecto
multum abest, ut Sanctitatem attingat, cum tam longe non solum a Christiana
Charitate, sed ab infimo, vel humana probitatis gradu remotus sit. Hec tamen
sunt, que de Vincenio Lemonsi Novius a se primum detecta gloriatur.

§. III Quid de Sanctissimis Quinto seculo Gallie

Episcopis statuat Norisius?

Negue hic iure Norisius. Una cum Vincentio Lerinensi alia splendida Gallia lumina
S. dno V. seculi Antistes, semipelagianismi accusat, et quod ante illum ausus erat nemo Ca-
tholicus, sic accusat, ut eos errore plane voluntario, ac mala fidei veritatem impugnasse sig-
nificet. Utumque ex Norisio probemus, ac praefertim hoc postremum, quod altero longe gravi-
us, et Norisij proprium est.

Primo: quantum ad primum caput attinet, sic ille pronuntiat: interea
semipelagianis in Gallijs, duobus Casiano, ac Monachis Lerinensibus sententiam S. Augusti-
ni de gratuita Praedestinatione tum ad fidem, tum ad gloriam accessimè insequentibus: pa-
uim circa in illorum sententiam pedibus ibant. Cum omnium pene sententia, illa
Augustini doctrina de efficaci electione ad primam gratiam contraria putaretur Pacum
opinionem, et ecclesiastico sensui; et praeter paucos uno consensu contra eandem conspirarent;
quid mirum si Vincentij communi inter Gallias Doctores sententia ibi adherendum esse pu-
taverit. H

Nemo dubitat Doctorem nomine hic intelligi praefertim Episcopo, ut pote
quorum illa maxime propria erat eo tempore functio, et appellatio. Nec vero poterat adeo
communis esse omnium prope Doctorem hac sententia, nisi pariter communis Episcopo-
rum foret. Sed hoc ipsum ex Norisio rursum audiamus.

;Britanni (inquit) cum per se haereticos refutare non possent, a
Gallicanis Episcopis subsidium implorare decreverunt. Itorum Legatione intellecta co-
gitata magna, ait Beda lib. 1. Hist. Angl. Cap. 9. Synodus, quam numerosam etiam
Constantiensem lib. 1. Cap. 19 appellat, in qua omnium suffragij Germanus Episcopus Br-
istodunensis, et Lupus Trecentis Legati in Britanniam adversus Pelagianos destinantur.
Interpres non modo fuit Hilarius, sed licet iuberis, ob doctrinae famam, inter plu-
res habitus est. Plerisque horum Episcoporum cum semipelagianis sensu, atque
in ea Disputatione, que de Praedestinatione agitabatur, Augustino adversarios colli-
go ex Prospero in Epistola ad Augustinum hoc ipso anno exarata, ubi ait: pau-
cos perfectae gratiae amatores eidem adstriptos.

Norisiannam hanc ex Prospero illationem, seu Veram, seu
falsa sit, perspicuum est ad totius Galliae Episcopos extendi. Neque enim aliter colle-
(git,

aut colligere potuit ex Prospero Verbi, plerisque in hac Synodo semipelagianos fuisse quam supponendo loqui Prosperum de ipsis totius Galliae Episcopis, dum ait: paucos illic esse perfectae gratiae amatores, id est non semipelagianos. Et vero haec Synodus cum esset plenaria constabat Episcopis, si non omnibus totius Galliae, ac certe ex Universa Gallia sine discrimine convocatis. Quare istorum plerisque semipelagianos, qui asserit, idem est, ac si dicat plerisque tota Gallia tales eo tempore existisse.

Iam vero ne accusationem hanc in eos solum cadere ponamus, qui illius Synodi temporibus Gallicanas regerant ecclesias, plura Norisij loca prohibent. Pag. 234. Massiliensis in Gallia Celestini litteris haud repressi sunt, sed commendatam in illis dicebantur priorum S. Augustini voluminum doctrinam, non vero approbata ea quae ad Aruementinos, et paulo post ad Prosperum et Hilarium scriptorae de Praedestinatione Sanctorum, de qua dono perseverantia. Videlicet ne horum libros à Sancta Sede probatos confiterentur opinionem suam, qua illis expressè confutata est abdicare cogerentur.

Et pag. 190. Ceterum hinc duobus libris diu à Gallicanis Doctoribus contradicendum est, donec tandem ab Hormisda laudati (post initium sexti seculi) pariter cum reliquis Augustini libris, auctoritate ac Reverentia excepti sunt. Cui hinc libris Augustini contradixerunt nullos agnoscit à Norisio praeter semipelagianos, ex tota eius doctrina constat. Hinc porro Gallicani Doctores intelliguntur, ut ante diximus, in primis Episcopi, et ut indebitè loquitur, à Gallicanis Doctoribus omnes vulgo in eo conveniunt significat. Causam vero cur ita se res haberet, indicant quae sequuntur.

Pag. 276. de Fausto agens Leicensium Episcopo, quem ubique semipelagianorum antesignanum fecit. Faustus (inquit) in ore fame in Gallijs versabatur, et Provinciae Episcopi ad eundem sententia pendebant. Et pag. 326. Faustus eo arripis suo de gratia libros admirabat, ut addita viri fama plurimum in Gallia suam fecerit, et ipsi quidem non ex ultima litteratorum plebe, sed ipsi Urbium Praesulibus.

Tanta Fausti exortimatio et auctoritas qualem describit Norisius ut instar Oraculi per totam Galliam sua aetate haberetur, non poterat sane quum, et veteres semipelagianos retineret suis in partibus, et plures alios ad eas traheret, quoad ille vixit. Unde non nisi illo mortuo, eiusque libris à Gelasio Papa damnatis (quod verum finem quinti seculi contigit) semipelagianorum numerum minui cepisse indicat Norisius pag. 326.

Denique quos semipelagianos facit, viros fuisse ut ingenij, et doctrinae

sic virtutis, imo et sanctitatis fama insignes non fuerat solum, sed multis congeitis argum-
tis probat idem Auctor lib. 2. Cap. 5. et alij in locis, ut ea referre necessarium non sit.

Quo fundamento natus tot S. Praefules semipelagianis addiderit Nostrius, aut quo-
modo cum sanctitate cohaerent, quae ipsi attribuit, nunc non inquiritur. Hoc sufficit quod ex
illo discamus. 1.º Plebsque Episcoporum, qui Gallicanis Ecclesijs praesuerunt inde ab ortu
semipelagianae heresis, circa annum 420 ad finem usque eius saeculi, si non etiam ulte-
rius heresi hac implicatos fuisse. 2.º Non posse iuxta Nostrium aliquos ab illo numero exi-
mi eo nomine, quod sanctitatis fama praeter ceteros claruissent. Nunc videamus quo haec pertineant.

Nemo est, qui nesciat Gallicanam Ecclesiam, cum semper eximie flourerit, illo
praesertim saeculo florantissimam extitisse, ob ingentem eorum numerum, quos habebat sancti-
tate simul, et doctrina praestantes Episcopos, quos Gallicana Provincia velut suos Patres, ac
Patronos colunt, quibus Catholicus orbis universus, Romano indocente Martinologio, debi-
to cultibus honores quotannis deferat.

Hi omnes cum intra illud tempus vixerint, quo Nostrius paucos admodum in
Gallia Episcopos sanctissimos a semipelagiano immunes fuisse contendit; manifestum est, si
non possit de utrumque determinare conclusio quod semipelagianus fuerit, saltem fi-
si non possit, quin ex tanto numero multi, tales extiterint, nec ullum esse de quo id certe ne-
gari queat. Nisi forte dicatur, quod eivato deinde semipelagianismo Catholica fidei profe-
sionem palam ediderunt. At neque hoc cum Nostrii rationibus potest consistere.

Primum enim dum Voluntariam, ac proxiu mala fidei in defendendo
errore obstinationem his semipelagianis imputat, utique non sinit de illis presumere, quod
renquerint, nisi positivo testimonio id aserat, hoc vero nunquam a Nostrio factum legimus.
Quinde ratio ipsa, qua illos ab heresi formalis nota eximere studuit in suis vitioijs,
resipiscenciam fuisse nullam aperce supponit.

Illic nempe post alia multa quibus probat, nec Celestini Pontificis
nec successorum esse Capitula contra semipelagianos, quae illius Epistola subnexa, et si-
bi Pontifici diu attributa sunt; ultimum argumentum affert Nostrius, omnium, ut ipse
putat validissimum. Et autem huiusmodi: Quod si haec Capitula Celestini essent, et a
Sancta Sede emanassent, nulla ratio superesset, qua Faustus Regienus, Vincencius Axi-
nonius, Hilarius Helatonis, alijque Galliarum Episcopi (semipelagiani videlicet) ab ha-
resi excussari, et inter Divos commemorari potuissent. Itaque Concludit Nostrius: Capita
illa a Celestino emissa non fuisse sic hereticos (adeoque Ecclesia cultu indignos) promun-
temus eos, quos et Sanctitas, et Erudicio celebres reddiderit.

Quid illi prosit, aut non prosit haec Norisij Cautio, aibi videtimus. Hoc solum nunc ad
verum, dum sic ratiocinatur Norisij, manifeste ab illo supponi Galliarum Episcopos, de quibus lo-
quitur, Semipelagianissimo non Renuntiasse; alioqui sufficeret haec adiunctio ad erroris macu-
lam eluendam; nec diceret Norisius unicum unicum illos defendendi modum in eo positum
esse, ut Capicula S. Celestino adjudicarentur.

Itaque haec parenthesi illi a Norisio adjecta (si in sententia persti-
tere) qua dubium Relinquere Videbatur, an non aliquando errorem deposuerint; nullo-
modo est ad rem, sed aliud agenti existit: aut hoc unum significare poterit, forte illos in
extremo Vita momento erroris sui periculis, nullo praeter Deum huius penitentia teste,
se confisio. Quid autem videt si hoc supponatur, postea dicitur sumus.

§. IV. Quid ex his Norisij Assertionibus Contra ecclesiam inferre possit?

In his qua haecenus ex Norisio retulimus, alia S. Vincentium Lerinensem
proprie spectant, alia huic communia sunt cum Sanctis illis Provinciae nostrarum
Patronis. Ut a extremo utro capite atiamus, id Commune utriusque facit Norisius, et quod
pernicioso erroris, qualis erat Semipelagianismus, adhaeserint, et quod omnino voluntaria
atque inexcusabili pertinacia, aut etiam mala fide adhaeserint oculis, scilicet obstinatissime
claudendo, ne viderent plurima, quavis luce illata. Haec sunt enim, qua de illis palam, et
expressè probare instruit Norisius.

Hic igitur permittite a Vobis quaram Theologi Sapientissimi, quid post
haec respondere nos oporteat Calvinianis, ita ex Norisij libro Loma a probato argumentan-
tibus? De his enim solis hoc loco agimus: an et quomodo apud Catholicos defende-
re se possit Norisius, dicitur postea.

Qui plurimum Augustini libris edocti, plurimis eius discipulorum lu-
cubrationibus instructi; tamen perniciter in semipelagianismo perdurant, qui tam mul-
ta luce illata oculos obstinatissime claudunt, ne videant; illi aut mala fide, aut sal-
tem voluntaria, et affectata ignorantia pernicium errorem tuentur; ac licet palam
extra ecclesiam non sit, tamen conat eos vel hereticos esse se ipsa, vel formali-
ter hereticos non multo meliores; tantum abest ut sanctorum titulo digni censendi sint;

Atque tales fuisse tum Vincentium Lerinensem tum plurimos eodem

saeculo Gallicani Episcopi, quos ecclesia Romana Univerſa in calidum numero ſemper habuit, publicè que coluit. Id enim de illis diſerte ſcribit, et probat Henricus Noſſius Romani Pontificis Pro-Bibliothecarius; cui ſupragantur quinque gravissimi ex urbe Theologi ad eiuſ libri examini ab Innocentio XII nominati delecti, imò ipſum Romani Inquiſitionis Tribunal, à quo illorum ſupragium admiſſum compe-
baturque fuit.

Est ergo hoc veluti publicum monumentum, quo Roma ipſa vo-
lens nollens fateatur eccleſiam Pontificiam in re gravissima, et ad ipſum Religionis ca-
put ſpectante falli, ſuboriturque ibi populoſ in errorem intruere, dum colendo eius-
medi homines illi proponit.

Ad hoc inquam hæreticorum argumentum quid reponi debeant
censores Doctissimi? maior quidem illogium propositis tota extra controversiam est.
Minor nihil habet, quod negari ab his possit, qui Noſſianum librum cuique expo-
ſitionem ſuſceperunt. Conſequentiam autem quonam pacto ſolvent?

Reſpondebunt opinor, nequaquam admiſi hanc à Noſſio, quin
potius et Vincencium et illos Preſules ab eo prædicari tamquam viros reſpectabi-
lissimos: ac ne quid macula intulisse videretur eorum ſanctitati, dum ſempela-
gianos fecit, ſepe ab eodem imbutum esse, quod ſempelagianismus eorum etate non-
dum haberetur ab eccleſia in hæreſum numero.

Atenim reponunt Calviniani: non id agitur utrum neget vel ad-
mittat Noſſius, aliique Catholici illam Conſequentiam; ſed utrum hæc eſt principi-
ii ab ipſo poſiti neceſſario evidentorque inferatur. Dicat aliunde, quantum valet,
ſanctos fuſſe veteres illos ſempelagianos Britanniæ: Hoc ipſum est in quo Romanam
eccleſiam erroris convincimus, quod eisdem pro ſanctis habeat, licet illa vidente, et pro-
bante Noſſius ea de his refferat, que nullatenus cum ſanctitate conſiſtere valeant.

Et vero addunt Calviniani: quod cauſator Noſſius ſempela-
gianiſmum illo ſæculo nondum in hæreſes fuſſe computatum ab eccleſia; ſi quid
valet ita ratio, eo tantum valet, ne dicamus ſempelagianos ante Conſilij ſecundi

Arausiacani definitionem non duntaxat fuisse hereticos, eo sensu quo hereticus appellatur, qui
errorum expressi ac sollemniter ab Ecclesia proscriptum non pergens, vel segregavit se
ipse, vel ab illa electus fuit. Fac igitur Vincentium Lerinensem, ac ceteros nequaquam
eo sensu hereticos fuisse; quid hoc proderit ad vindicandum illi Sanctitatem, nisi semel
ostendat eos nec mala fide, nec culpabili obstinatione ad hunc errorem adheruisse?

Certe cum prout hic error ex se utique Christo injuriosus, ac moribus na-
xius; nulli potuerunt inter semipelagianos unquam digni esse, nisi inimitabiles, et sine cul-
pa ignorantia tale dogma vera Pelagiana heresi conerum, et fidei Catholicae inimicum
esse; sed cuiusmodi ignorantia excusationem in Vincentio, et in illis Episcopis non
admitit, imo refellit ex professo Norisius, et ydem affectatam prorsus, ac mala fi-
dei excusationem attribuit. Ergo licet ab heresi formali nota immune faciat, tamen
qua de his aliunde docet ipsos prorsus a Sanctitate abfuisse ostendunt. Ita Responden-
tum Calomianum quomodo refelleret Norisius?

Dicent aliqui forte pro Norisio praesumi de illis posse, quod imminen-
te morte semipelagianismum curaverint, erroremque suum penitentia elucere: prorsus
de nihilo obitare ex hac parte, quominus eos Ecclesia, ob reliquas ipsorum Virtutes in Ca-
luniam album referre poterit.

Sed hac ratione respondent continuo heretici et Origenes, et Lufinius,
Theodorus, Mopsuestenus, Theodoretus, et alij huiusmodi plures, quorum scripta ab Ec-
clesia damnata sunt possunt nihilominus, ac deberent ab eadem sanctorum titulo de-
corari. Certe si de utriusque moribus agatur, non minus ex hac parte laudatos fuis-
se sumus, quam semipelagianos: si errorem spectemus, aequè de illis ac utri praesumi
posset hoc datum ipsi esse a Deo, ut imminente morte reciperent. Quod si
satis est, id praesumi posse, quid erit cum utriusque pariter sanctorum numero ad-
scribere nequeat Ecclesia? imo quis est heresiacaorum Verorum, quem simili
coniectura in Caluniam evadere non poterit?

At inquires: Ceteri semipelagianorum Crisippi extiterunt Ca-
sianus, et Faustus, tamen illum apud Marsiliam, utrum apud Leionem quasi sanc-
tum venerantur. Quomodo reliquos similiter honorari liceret, quacumque tandem?

Vatio sit eos à culpa liberandi? Itac defensione Nôisius neque hereticorum argumenta, neque Catholicorum querela occurret: non satisfaciet hereticis, quia tam in Casiano, et Fausto, quam in alijs illis peccati, nec ab usum altero ab usp ex usari obijent. Nôn ipsi Catholicis quia Fausti, et Casiani exemplum ad rem non esse facile ostenduntur sunt duplici observatione.

Prima est, si qui Faustum, vel Casianum pro sanctis habent, idcirco tantum facere, vel quod semipelagiano errore inquinatos re ipsa fuisse negant, vel quod bona fide, et absque culpa per invincibilem ignorantiam eos errasse putent, vel quod reiecto demum errore Catholicam veritatem publicè professos esse, sufficienter probatum supponunt. Nam unum saltem ex his tribus ostendere agreduntur quicumque Apologias pro illis condere, eorumque sanctitatem vindicare aggressi sunt. Qui vero semipelagianos fuisse, nec ignorantiam invincibilem his supragari, nec ullum resipiscencia illorum argumentum extare confessus (ut de noisii Diaconum Patronis partim supponit, partim probare contentis Nôisius) qui hæc inquam de Fausto vel de Casiano confessus, eos nihilominus sanctorum cultu dignos esse defendit, neminem hæcenus Vidimus.

Altera observatio est; si forte privata illa Ecclesia dum talem alicui cultum deferunt, ex errore facti peccare arguantur, nequaquam id cedere in Ecclesia Universalis dedecus, qua ipsorum opinionem auctoritate sua non firmavit. Quænam admodum nihil Ecclesia sanctitati nocet, si qua forte reliquia alicubi colenda exponantur, que non sint hominis vera sancti, quando de illorum veritate iudicium suum ipsa minime interposuerit.

Non ita cum de his agitur sanctis, quos ad publicam totius Christiani orbis venerationem Martirologio Romano inseri, et quotannis inter sacra officia appellare iussit. Ecclesiam Universalem errorem accusat in re Capitali, qui talibus aliquid imputat, quod eorum sanctitatem, vel incertam efficere possit, quanto magis, si quid asserat quod illam penitus excludat.

Ad Vincentium Lirinensem privatim quod spectat, fecit Nôisius, ut excusatio, quam illi cum carceri communem esse voluit, et si pro his valeretur (quod secus esse vidimus), haud tamen pro isto valore possit, ne sancti appellatione

Umnino indignus conuerti debeat. Quid enim iuvat heresi crimine illum absolui, si aliunde simulationis, fraudulentia, malignitatis, et quod amplius est atrocis calumnia in sanctissimo ecclesia defensori, atque aperte in sanctam sedem contumacia reus teneatur? imo quis affirmare ausit non nisi bona fide illum exasse, qui tam mala fidei in rebus gravissimis fuisse conuincatur? at qui hoc ipse est, qui a Noisio adumbratur Vincentij Lerimonii effigies. Verba Noisij recitamus, quibus illa tam graphice expressa est.

Cum de aliquo in sanctorum album referendo agitur; hoc primum inquiri solet ab ecclesia, sincerus ne fuerit, ac si re incerta sit, haud ultra proceditur. Quid Vincentio nostro fuerit, si informantis Noisio, iudicium de illo haberetur? Equidem scio, non prohibere Noisium, ne ire nihilominus sanctus, imo sanctissimus fuisse credatur. Post illa enim omnia, quibus Vincentium decurpauit. Nulla tamen (inquit) per nos Vincentij, siue exorditionis, siue sanctitatis iniuria imputatur.

Et post pauca iterum ac tertio eundem y adiuungit semipelagianis, quos utro concedit videri fuisse supra ceteros in Gallijs doctissimos, atque sanctissimos. Equidem non intelligo qualem sanctitati notionem habeat Noisius, qui putet illum cum tanta hypocrisis, et maledicentia posse consistere. Vos sapientissimi Theologi cogitate que futura sit opinio non iam dico haereticorum, sed totius Christianae plebis de ecclesia Catholica sancti, si audiat unum ex illorum numero, cuius inigne elogium inter sacra officia quotannis recitari audiorat, hominem fuisse mendacem, subdolum, maledicum, et sanctorum calumniatorem, cuius tamen nullum extat penitentiae vestigium: haec esse que in media luce Urbis Roma de illo docet famosus scriptor, beatus Pontificus olimitor, supragantibus quinque consoribus ab ipsa delecta sede apostolica, quod nihil aliud est, quam eodem ore inter Calices referri, quo inter sceleratos collocatur. Haec de persona Vincentij, nunc de libro.

Nemo Vestrum ignorat Reuerendissimi hominum Patres, et Censores Clarissimi, Traditionis nostrae Lutheranos, et Calvinianos, cum se tanti Viri auctoritate, rationibusque validissime premiserunt, ad illam calumniam confugere, quod Semipelagianus fuerit Vincentius Lerimonis, et quod in

Semipelagianorum gratiam Commonitorium suum scripserit. Videlicet non alio con-
 silio tantopere antiquitatem, ac Traditionem ab eo predicatam esse, quam ut eo pretextu Augustinum, cuiusque doctrinam de Praedestinatione tacite sigillaret, qua tunc tem-
 poris apud semipelagianos quasi nova inimmulabatur: itaque nihil fagorum Vincen-
 tij testimonium, quippe qui non nisi in favorem semipelagianismi pro antiquita-
 te certaverit, nec magis illi de Traditione dissonanti quam de gratia credendum esse?

Quid poterat his hereticis optatius accidere, quam ut non modo Roma-
 na Ecclesia Pro-Bibliothecarium, sed cum illo tot Curiales & pontificios adspicuentes
 haberent adversus ibi odiosissimum Vincentij Commonitorium? Certe in Noviano li-
 bro non solum habent heretici quo se adversus Vincentium defendunt, sed etiam quo
 Romanam ecclesiam semipelagianismi accusent; ut pote qua non Vincentium inter
 sanctos numeret, tum eius librum tanquam egregie orthodoxum predicare non desiste-
 rit, ac veluti catholicae fidei sententiam Novatibus omnibus proponere?

Esset quidem facilis ac expedita responsio non plus Valere No-
 vij auctoritatem, quam quantum ipsius nationi valent, que in eo negotio de quo in
 presentiarum agitur, prorsus nulla sunt, ut mox videbimus, et illum et eius appro-
 bationes privatis Doctoribus esse, quorum iudicia prestare non teneatur Ecclesia. Veni-
 que Romanae Tribunalia, imo et ipsum Pontificem tam in approbantis, quam in con-
 demnantis libris saepe falli.

Sic, inquam, respondere facile fuisse nostra facultatis Doc-
 toribus, quibus supra Romanum Pontificem non infalibilem esse, cum illius iudicio
 accedit episcoporum consensus; sed Romani ipsius cogitandum relinquimus, Utum
 e re ipsorum perit in gratiam Novij, cuiusmodi objectionem Hereticis superstitias
 a qua Ecclesiam Catholicam non possumus aliter defendere quam Romanum iudicium
 rebelles: Utum e re communi, hoc sic armari adversus omnes illos e Catho-
 licis, qui religioni ducunt Romani erroris insulare.

Ut ergo paucis omnia complectar, Novij Liber Romae approbatus
 causam dat his Lutheranicorum, et Calvinianorum objectionibus.

Primo. Seculi superioris Doctores, atque Episcopi armis potissimum Semipelagianis. Vincentij nempe Commonitorio adversus S. Augustinum in gratiam Semipelagianismi fabricato reformationem impugnavit.

Secundo. Quemadmodum illo indice librorum expurgandorum per Brachiselanum edito ad Somos 2. et 4. Bibliotheca Patrum pag. 93. col. 2. et pag. 110. col. 2. deleri iubetur Sancti, et Divi titulus, qui Fausti Leontii nomini profusus fuerat; ita pari jure corrigendum esse locum illum, quem diximus huius ipsius indicis pag. 171. col. 1. ubi legitur: in S. Vincentio Leinensi, et de S. Vincentio Leinensi plura indicabunt tibi Lector, Nota ad Romanum Martirologium de hoc inquam, loco, et ubique idem titulus Vincentij nomine affectus occurrit deleri oportebit. Certe enim nihil contra Sanctitatem Fausti imputari poterit, quod Vincentio commune cum ipso non fecerit Norisius; nec aliam ire Vincentio, quam Fausti defensionem paravit, aut parare potuit. Quod ipsum ad omnes illos Gallie nostra Episcopos simili extendi ratione necesse est, quippe quos in eadem nave cum Vincentio Fausto collocat C. P. Hemmius Norisius.

Tertio. Jam Vincentium quam ipse ex albo Calicum, sive ex Martirologio Romano expungi debere. Neque enim eo locum illic habere fas est, quorum Sanctitati certa non sit; atque horum Sanctitas manebit deinceps, ut minimum manifeste inextincta quandoquidem approbata Coma Norisij Doctrina negari non poterit saltem probabilia esse inter ipsos Catholicos, quae de huius Sanctis expresse docet eos Semipelagianis erroribus adhæsisse, non involuntaria ignorantia ductos, sed per summam obdinationem oculos veritati claudendo, et illatam lucem respuendo. De quibus autem hoc affirmare licet his utique non modo refuso, sed etiam recuse est Sanctorum titulum adiutrici; quandoquidem, respectu Ecclesiae, Sanctitas inextincta Sanctitatis nulla est.

Quarto. Cum Ecclesia Universalis in approbando, imperandoque horum Sanctorum Cultu hactenus erravit, non teneri nos, imo imo nec posse illius iudicio in re simili fidere, sed aliorum Sanctitatem, tum Veterum, tum Recentiorum jure in controversiam vocari posse, ubi solius Ecclesiae auctoritate nobis comperta est. Cur enim de alijs potius, quam de nostris illi credendum esse ipsi concedatur. Itae ex Norisij libro, eiusque approbatione, cum deinceps concludens Protestantibus, non Videbimus qua ratione à Romanis Refelli possent.

§. V. Effugium praecluditur.

Mirum non erit, si Novius postquam talia in sanctissimo Ecclesiae Patre coniecit, paulo durius non exsupt, Titium forte numm illud ingerens: legat Anonymus... et scrupulos, ac supinam, qua laborat rerum istarum ignorantiam deponat. sed interim dum sciam ad quos legendos me remissurus sit, duo sunt, qua illum moneam, quia brevior utriusque nostrum laborem reddiderunt.

Primum est nihil minus causa contra me patrocinatorios, qui dixerunt aut Vincentium Leinenientem, aut Gallicanos alios Antistes semipelagianismum propugnare, et eodem tamen Vere sanctos fuisse. Nihil unum inquam pro Novio, inquit cum illo adiecerint, quod defendere ipse aletur, semipelagianos non ex involuntaria ignorantia errasse, quia excusari possent, sed mera obstinatione oculos veritati clausisse, quod aperte supponit nullum eos mutata sententia signum edidisse. Cuiusvis si de quibus loquimur, aut ignorantiam invincibilem, aut recalcitrationem tribuit, quisquis alterutram salutem supponit, si hoc ipso satis a Novio se se defendit, quia defendenda adversus haereticos Novium, et Ecclesiae sanctitati adiutorem relinquit.

Atque hinc satis intelligitur nihil pro Novio facere exempli gratia, hoc Carqueij Verba (quom unum pro se adducit) incaute quidem, ac sine idoneis testibus prolata: Horum Masilionium, dux fuit Casianus, quom secuti sunt per Galliam equicopi fore omnes sua etate. Ideo quippe non negat Carque illum ignorantiam fuisse invincibilem, ut contrarium potius satis indicet, dum eos pietatis nomine passim commendat, quod certum est non fuisse facturum, si illos crederet ut Novius, pertinaciter in errore durasse, ac plurima licet ingesta luce oculos obstinatissime veritati clausisse, ne viderent; multo vero minus si post Celestini Pape Episcopatum ita se gerissent. Non enim putat Carque potuisse tunc sine crimine defendi ab eis semipelagianismum post ipsa capitula, qua ipse Celestino attribuit, et ab eodem publicata supponit. Falsi inquam nomine numquam pro ac deliquit appellaret Carque, qui cuiusmodi pertinaciam docet, omnem esse haereticum affini, et quod ad illam reduci debeat. Itaque hunc Theologum, et si qui similes sunt,

afferre prore supercedat Noñius: hoc primum.

Secundum est ne quidem si multos inveniatur, qui proxi-
dem cum ipso docerent, aliquid contra nos effecturum esse, nisi simul ostendat falso
concludi, quae ex ipso contra Romanam Ecclesiam inferri ostendimus. Quamvis hoc non
probaverit, nihil ad rem pertinet, quod alios sibi convenienter habeat: praesertim si non
nos Noñius, sed hi Noñium secuti sunt, ut fecit Natalis Alexander, qui illius contra
Conventium Lerinensem coniecturas approbavit.

Imo vero hic aperiet quo fructu delata solim consueva, vel co-
munitio Noñiani Libri fuerit, et quid ex eius approbatione potius expectandum sit. Nam-
pe in tanta hodie ingeniorum ad nova quaque proclivitate, quis dubitet hanc opinio-
nem Romani fulcrum suffragii plures quotidie sectatores dumtaxat inveniantur, magno uti-
que Protestantium gaudio, quorum tanto validiora inde sunt in Ecclesiam Catholicam
argumenta ex Noñio sumpta, quae indicavimus.

Aut ergo clare demonstret Noñius asseriones suas neque
Patronorum nostrorum sanctitati, neque Conventiani Commentarii auctoritati adversus
traditionis, et ecclesiae infalibilis vocis quodquam derogare, aut intelligat nihil ad rem pre-
sentem interesse, quinam eadem cum ipso asserant, vel non asserant. Siquis habet so-
cios, valebit hoc, si videt, ut Noñius propter istos, vel ut isti propter Noñium ignora-
debeat, quod ne non repugnante fiat: haud tamen impedit ne haec Noñiani Libri
doctrina gravem ecclesiae plagam inferat, multo vero gravissimam Romana eius-
dem approbatio.

Sane quidem, si de Noñij solum, aut alterius cuiuscumque privati
scriptoris auctoritate hic ageretur, quam facile est, ipsius rationculas diluere, tam
facile fore poterit ab illius exemplo argumentum elevare. At vero pro eius librum
Roma authentice approbatum eadem auctoritate, qua de ceteris libris illi statuitur;
quotquot sunt hi, qui huic auctoritati refragari nefas putant, non video qua ra-
tione Noñius Responsuri sint Objectionibus Catholicam Ecclesiam plurimos tracte-
mus a se imposuisse, quos tali honore indigno Roma ipsa hodie facere necesse habeat.

Hæc sunt videlicet, quæ nobis scrupulum moverunt. Occur-
 runt hæreticorum calumnia, avertitur fidelium scandalum, et nobis sacrificium pro-
 fitentibus, qui hoc unum quaerimus, non ut aliquid curius in Novissimum
 cuiusque librum statuatur; sed ne ob Unius hominis gratiam ut
 Sanctorum, immo ipsius Ecclesie fama illinc damnum fe-
 rat, ubi potissimum de illa curari debuit.

Ne prædictæ Novissimæ assertionibus
 quasi recte probatis hæretici demag. innoce eccle-
 siam abuti possint; quam nullo fundamento he-
 nitantur, Appendix, tertie scrupulorum par-
 ti mox sequentem adjecit docet.

Finis. #
 #

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible text, possibly a signature or name.]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

E

Acta Capituli ad Scholas: Dignioris Sorbonicae
et Superioris Parisiensis

Hic sunt et alia nomina, Comarum, J. Insuper, Sicut, Siquis
et alia nomina, quae sunt in hunc modum, cum sit et alia
et alia nomina, cum sit et alia nomina, cum sit et alia
nomina, cum sit et alia nomina, cum sit et alia nomina.

Acta Capituli ad Scholas: Dignioris Sorbonicae
et Superioris Parisiensis, die 3. Decembris
anno domini M. CCCC. LXXV.

Lectur. Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut
Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut
Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut
Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut

Acta Capituli ad Scholas

Acta Capituli ad Scholas, die 3. Decembris
anno domini M. CCCC. LXXV. Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut
Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut
Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut
Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut, Sicut

UVA.BHSC



Norisij Responsio ad Scrupulos Doctoris Sorbonici.
et Responsionis Examen.

Heni venit ex urbe nuntius, Romanum S. Inquisitionis Tribunal Scrupulos Doctoris Sorbonici, super libro Henrici Norisij communicante cum isto A. Patre, ut ad primam hanc objectionum partem (quippe dua graviores superiunt) responderet; confestimque illum obtulisse Chartam hac verba continentem.

Responsio L. P. Henrici Norisij, data die 11 Decembris 1694. ad libellum cui titulus est: Scrupuli Doctoris Sorbonici super Historia Pelagiana. H.

Legat Anonimus Gabrielem Varquez Tomo 1. in 3. partem D. Thomae disput. 25. Cap. 2. Dionysium Petavium de Incarnatione Domini Cap. 19. fol. 403. Natalem Alexandrum Tom. 6. Historie ecclesiasticae a fol. 536 ad fol. 684. et Scrupulos, ac supinam, qua laborat, harum rerum ignorantiam deponat.

Examen Responsionis.

Ab his postremis Norisij Verbis, ut incipiam, an non ignoscendum foret Doctori Sorbonico, si sic laceratus, par pari referret: praesertim cum nullo asperio-ri verbo Norisium, aut quemquam alium provocaret. Atque tamen ut quaeramus. Neque enim plus nobis Reverentia deberi credimus, quam tot, tantisque

celeberrimis scripturis, quam ordinibus integris, quam sanctis ipsis Doctoribus, quos
in suo libro Noñius valde inolementer habuit, ne quid dicam gravius. Consorum
est pro imposta sibi lege, statueret quid ea parte ab ipsis fieri publici exempli ra-
tio postulet. Nos quamvis supina ignorantia accusari, satis habebimus hoc eius con-
viciam rebus ipsi refellere, nostroque illum exemplo docere, qua moderatione ac mo-
destia uti debeant, qui de rebus ecclesiasticis scribunt. Nunc ad rem progrediamur.

Quam paucis verbis absolvitur ista Responsio, tam facile erit
haec pauca reponere: ita se ipsum defendit Noñius, ut Romanae sedis causam dese-
lere videatur. sed quod ille faciendum sibi non iudicavit; nos omnino praestabimus;
dicitque nostri Veritatem ostendemus.

Ait nihil se docuisse nisi quod Vasquez, Petavius, Natalis
Alexander. Demus hoc ita esse, sicut perinde Pontificia auctoritas; quin etiam no-
rum additur robur ipsius adversarij; si modo legitime ratiocinatus est D. Sorbonicus.

En eum ratiocinium: Noñius iudice, inquit, et Catholici sunt, et
Eutychiana heresi expugnatores, et Augustiniana doctrina defensores egregij, qui
primum à suis episcopis, deinde ab Ecclesia Constantinopolitana, simul ab Apo-
stolici Legatis, ac demum à Supremo Pontifice, causa diu, et accurate perpendita,
fuerunt habiti pro hereticis, aut heresi fautoribus, quique ipsum vicissim Roma-
num Pontificem appellant hereticum, Nestorianum praevicacis fauctorem, teti erro-
ris nigredine adoperatum, veritati impie resistentem, Pelagiana perfidia involutum exori-
bus, et superbissima hereseos spiritu animatum.

Ergo Noñius iudice (adde si lubet Vasquio, Petavio, Alexandro iudi-
cibus) vera est ac pia, orthodoxaque doctrina consona triplex haec propositio.

~ Prima Propositio. ~

Homines quos episcopi sui, deinde Primas, postea Legati Sanctae Sedis, ipsa demum S^{ta} Sedes, una simul Romana et Graeca Ecclesia, auditis eorum sermonibus, lectisque scriptis; causa omni dudum, et accurate perposita, unanimi sensu iudicaverit hereticos, aut heresis fautores; tales homines aseri nihilominus possunt non tantum Catholici, sed et defensores Catholicae fidei, idque in eo ipso puncto, in quo eos errasse Sancta Sedes, et Ecclesia iudicaverit.

Secunda Propositio.

Veri nominis Catholicus, et optimo jure orthodoxus reputari potest ille, qui aperte contradicat episcoporum suorum, Patriarchae, summique Pontificis iudicio in materia dogmatis. erit ille Novitius (adde si lubet Varqueio, Petavio, et Alexandro) importunus, imprudens. & at nihilominus Catholicus immo defensor ecclesiae.

Tertia Propositio.

Talis potest esse ille quoque, qui summo Pontifici haerese[m] pene in faciem; exprobrat, scribitque eum fuisse prava[ca]tionem in materia dogmatis, fauore[m] errori, doctrinam hereticam disseminasse, hereticum esse tam super Incarnatione, quam super Gratia.

Huius ratiocinii duae sunt partes, antecedens seu Novitij placita de Monachis Soythio; et consequens, seu tres propositiones modo allatae, ex quibus brevitate, et claritate causa, soli tertiae huc adheretimus, ut quae priorae duas equivalenter contineat.

De consequenti, an verè et legitime deductum sit, alium scilicet Novitius. De solo antecedente Respondet doctrinam hanc esse Varquesij, Petavij, Alexandri, indignaturque hoc à Sorbonico necari. Legat (inquit) Gabrielem Varques, Dionisium Petavium, Natalem Alexandrum, et scrupulos.

ac supinam qua laborat, harum Verum ignorantiam deponas. Sed videat ipse No-
rius quid loquatur. Quanto enim plures erunt talis doctrina assertores, tantum
prevalebit opinio de fallibilitate Romani Pontificis in materia fidei.

Adeo igitur non metuent infallibilitatis Pontificis adversarii, ut
potius summe Expectant verum reperiri quod ait Norius de Petro, Vasquezq;
ut nunc de Alexandro sileam; votorum autem cumulum atigerint, cum audient
tali purgatione admissa, causam à Romano Tribunali adjudicari Norio. Ecce
enim, inquit, Roma ipsa declarat sanam, ac non solum Norij, sed et praes-
tantissimorum Theologorum communem doctrinam esse, quod et Catholici, et stre-
nui heresi expugnatores, et veri Augustini discipuli haberi possunt, qui aperte con-
tradunt episcoporum, ac summi Pontificis iudicio, eumque appellant haereticum
Nestoriana pravitate fautorem, Pelagianis perfidis involutum erroribus, et su-
perbissime hereses ipsa animatum. Ita sanct, et declarat Roma, causa pri-
us contradictorie acta, et diu multumque disussa, Norio non tantum favente
suam esse doctrinam, quae ipsi in scrupulis attributa est, sed indignante adversus
Doctorem Sorbonicum, qui nesciat Petros, Vasquezos, Alexandros eadem predicare,
audiente Urbe, ac probante.

At negabit Norius in sua, horumque Theologorum Doc-
trina contineri a me tres allatas propositiones. Debuerat hoc facere initium suae de-
fensionis caput; in id oportebat eum totum incurrere, ut luce meridiana clarius
demonstraret, nihil plane ex sua doctrina inferri posse contra Auctoritatem S. Sedis.

Vnum obiceram, alterum inferbam, si tamen illatio haec est, et
non potius identica cum antecedente conclusio. Obiceram scythas, à suis primis
Episcopis, deinde à Constantinopolitana Ecclesia, simul ab Apostolicis Legatis, ab

ipsa demum Romana sede damnatos velut hereticos aut heresi fautores, et vicissim damnantes ipsum summum Pontificem heresi Pelagiana simul et Nestoriana; hoc inquam nihilominus appellari a Noisio strenuo fidei vindices, quibus multum debeatur ob egregie Augustiniano nomini navatam operam.

In ea doctrina contineri dicebam tres illas propositiones, quas initio posui, velut in antecedenti conclusionem legitimam, atque ipsi oculis manifestam. Antecedentes partes singulas probavi, tum ipsis Noisii verbis, tum instrumentis authenticis ab eo adductis. Consequentia non solum evidens, sed pene synonyma est cum antecedente. Expectabam quid tandem responderet Vaticanus Pro-Bibliothecarius.

Primo negaret ne Scythas damnatos fuisse primum a suis episcopis, deinde a Constantinopolitana ecclesia, simul ab Apostolicis legatis, ab ipsa demum Sancta Sede? at ipse confessus est, et habemus ea de re publica documenta. Secundo negaret damnatos fuisse velut hereticos? at ipsimet Scythae hoc fatentur. Itine Magentius eorum Antesignanus in Apologia pro se suisque gregalibus: licet eos (inquit) publica veritatis conscientia non audeat (Romanus Pontifex) hereticos accusare, oblique tamen et callide hoc vult de eis intelligi.

Tertio negaret Scythas vicissim damnare heresi Pelagiana simul et Nestoriana illum, quem summum Pontificem esse scirent? at eorum verba retulimus. Extrax quoque Noisii testimonium dicentis non ignorare Scythas, eum cuius epistolam velut hereticam refellebant, ipsum esse summum Pontificem, quo tamen Livorius in epistola auctorem debacharentis, malitiose negare hanc fuisse ab Hormisda scriptam; etsi omnino vellent eum ab omnibus auctorem agnoscere, ut ex eorum verbis patet.

Ecce igitur homines iudicio Romani Pontificis hereticos, aut heresi fautores, et quibus summus Pontifex hereticus est, tale Viris Noisii libet

appellat strenuos heresi Euclychiana expugnatores, qui summo conatu pro Veritate
certaverunt; quibus praeterea multum debeatur ob egregiè Augustiniano nomini na-
vratam operam. Non negat Norinus ita se de his locutum; ac si neget, oculi erunt
judices.

Hinc inferendam esse propositiones supra descriptas, et in illo antecedenti evi-
dentissime contentas. Cuius ad haec Norinus? negaret ne consequentiam? nihil minus.
Ut de antecedente siliat, ita de consequentia silet. Tantum ego, inquit, nihil docui,
nisi quod Vaques, quod Petavius, quod Natalis Alexander; Hos legat Sorbonicus,
et supinam qua laborat, harum verum ignorantiam deponat.

Ita Purpuratus S. L. C. Patribus, qui respondet, non video, quam
de illorum perspicacia opinionem habeat, nec satis capio, quid in mentem Norino
veniret, ut se hac in re defenderet auctoritate Natalis Alexandri scriptoris nomina-
tim à Romano Pontifice damnati, et contra eius infalibilitatem acriter pugnantis.

Quod spectat Vaquicum ac Petavium, ad quos etiam Norinus provocat;
nemo non agnoscat hoc eius effugium à me praevium, ac re ipsa pracludendum fuisse S.
7. scrupulosum, cuius hic est titulus: Norino effugium pracluditur: illi enim alla-
to Norini inter aliosque scriptores discrimine, illud addidi magna observatione dignum.

Hoc si Cochleus, aut quisquam alius faceret (quod Norino obiectum fuit)
Eset illi quidem culpa cum Norino communis, longe tamen gravioris momenti in
huius, quam in utrorum libris. Scilicet non privatis aliquis ex Transalpinae Regio-
nibus, cuius testimonium facile curari poterit: Verum in ipsa urbe scriptor Sanc-
tae Sedis obsequio peculiariter pure manerens, Romanae Ecclesiae Bibliothecarius
et sacra Purpura, ut fama est, doctrina titulo prope diem induendus: talis, inqu-
am scriptor ea doceat, quo si vera sunt, fateri necesse est Stromvorum fidei Unitatem
tam à primis temporibus, sententiam fuisse, quod Romanus Pontifex Ecclesiam do-
(condo

errare possit in fide, imo contra fidem pro duabus simul heresibus vexillum contra
orthodoxos erigere.

Ergo ut rem in pauca concrahant, hic duas possumo paxi qu-
estiones, quarum altera Noisij librum, altera eius personam, hac causam ipsius pro-
prium, illa Romani causam Pontificis spectat. Prima, utrum id quod modo dicimus
est necessario, evidenterque sequatur ex Noisij doctrina? altera utrum idcirco, vel au-
thor, vel liber aliqua nota dignus sit? quid agit Noisius? de primo solum inter-
pellatus ad secundum respondet, causam aeternam communem sibi cum Varquacio, Pe-
tavo, Natali Alexandro.

Atqui non id agebam, ut aliqua nota, vel auctori, vel ip-
si libro inureretur. Imo ne hoc quidem mea nunc interesse puto, utrum vera, an
falsa sint, qua scribit de Scythis Monachis, multo minus an eadem alij ante, vel
post illum scripserint. Hoc unum volui, approbato eius libro, ut a Conventu Pon-
tificis, et Cardinalibus approbatum accepimus, approbati Cleri Gallicani doctrinam et
falsitate Romani Pontificis, imo aliquid amplius.

Hanc meam propositionem refellat Noisius, et manus dabo: at quan-
diu non refellerit, quid mea refert: utrum alios in eandem causam secum trahat?
Defendant Varquacium, Petavium, Alexandrum, si vellent, alij quorum intererit, et
que a Noisio discriminare satagent. Ut est potiori iure scriptores isto exemplum
Noisij, quam Noisium istorum exemplum apud Romanam Curiam exuasaret.
Cum non tenerentur studiosiores esse, quam ille auctoritati Pontificia. It de
duobus primis si agitur, minus profecto mirum est aliquid, quod huic noceat, ut
excidit, quo tempore non impugnabatur, quam Noisio eiusque hodie Approbato-
ribus Romanis.

Verum esto, par Noisij erit omnino, et illorum scriptorum con-
ditio; quid inde consequens foret? Non deservi Summorum Pontificum?

infallibilitatem Norisiana Doctrina cuiusque approbatione? minime: hoc ad summum sequeretur, nulla posse nota affici vel auctorem, vel librum, qua non illos quoque Doctores, aut eorum scripta afficeret. Sed nihil hoc ad me, qui nunquam postulavi aliquam eo nomine censuram atrocitatem infringi.

Sed aliud est, scilicet non configi, aliud positive, aut authentice approbati. Ignoscatur sane Norisio, cuiusque Historia in hac parte, non repugno; imo libens assentior. Mihi satis est, quod Norisij Liber hoc modo Romae approbatus novum ad hoc Pape infallibilitatem argumentum diripi futurus sit.

Finis.

¶

Appendix qua Norisij adversus Vincentium Lirinensem, et Gallicanos Quinti saeculi Episcopos cuminationes diluuntur.

Si solos spectaremus Catholicos, nihil admodum erat, quod laborarem de refellendis Norisij assertionibus; quippe quarum falsitatem satis apud illos probent ea quae ex his contra Ecclesiam sequi ostendimus. Sed habendam praeterea duximus rationem haereticorum, qui eiusmodi consecraria sibi tanquam faventia, nobis ingerere non cessarent, nisi Norisiana dicta, unde inferuntur, et à Catholicis improbanda et aperte refutata cererent. Quae ratio fuit, ut hanc quoque operam communi cause navandam putarem.

Porro cum duo sint, ut vidimus, quae tam Vincentio Lirinensi, quam sanctis illis Galliarum Episcopis imponit Norisius, et semi-

Pelagianismo adhaesit, et errore plane voluntario, malaque fide adhaesit, ad tuendum illorum sanctitatem sufficeret alterutrum ex his duobus refutari. Verum ne quid desit ad plenam ecclesiae defensionem, utrumque pariter impugnabimus, et Novisij argumenta diluendo, et his contraria opponendo.

Initium facimus à Vincentij Lerinensis Commonitorio, tum quod ecclesiae multo adhuc pluri intaxit à libro, quam ab auctore suspicionem semipelagianismi removeri; tum quod vix possit, nisi purgato libro, auctor ipse omnino purgari; tum quod utroque vindicato, facilius erit de reliquis iudicium. Secundo igitur loco monstrabimus, quam tenui fundamento alios à nobis memoratos huius erroris insinulet Novisius. Postremo quam immerito velit, siqui ex illis erraverint, non potuisse bona fide, et involuntaria ex ignorantia errare.

S. 1.

Lex est communi Catholicorum Doctorum una recepta, et ecclesiae ipsius auctoritate firmata, ut si quid in quibuscumque Patrum scriptis occurrat ambiguum, aut minus caute dictum, quod in sensu à fide alieno trahi possit, id benigna interpretatione, quantum fas est molliatur, nec unquam damnatur quasi errori favens, nisi cum nullus sit excusationi locus. Cui aliter faciat, ille non tam sanctorum Patrum quam ecclesiae causam prodece censendus est.

Hæc regula si unquam tenenda fuit, certe tum maxime cum de Vincentij Lerinensis commonitorio ageretur, quo nullum forte ex tota antiquitate opus extat magis utile ecclesiae catholicae adversus hæreses, magisque ab ea commendatum. Hoc intellexit utique Novisius; ac præterea præfatus est haud se damnatum fuisse auctorem Commonitorij, si in ipso opere ea non legerentur, que nisi oculos nobismet evamur, semipelagiano spiritui non scriptum fuisse ostendant. Videamus ergo utrum illa sint eiusmodi, que nulla tolerabili explanatione conciliari cum fide catholica possent; an potius eiusmodi ut non nisi

Violenta, et procius iniqua interpretatione ad semipelagianismum trahi poterunt.

Tres omnino loci eiusdem Libri à Novisio adducti sunt, quibus hanc haereseos asperam esse contendit. Primus habetur Cap. 37. his verbis. Sane vero illis que sequuntur promissionibus miro modo incautos homines haeretici decipere consue- runt. Audent enim polliceri, et dicere, quod in Ecclesia sua, id est in Communioni sua Conventiculo magna, et specialis, ac plane personalis quaedam sit Dei gratia, adeo ut sine ullo labore, sine ullo studio, sine ulla industria, etiam nec petant, nec qua- rant, nec pulsant, quicumque illi ad numerum suum pertinent, tamum ita divini- tus dispensentur, ut Angelici crebri manibus, id est Angelica protectione numqu- am possint offendere ad lapidem pedem suum.

Hic locus est praecipue quem miratur Novisius non modo à nullo Commentatorum huius libri, sed nec ab haeretico Vossio observatum esse. Ubi vero nihil hic admiratione dignum videatur, praeter istam Novisij admirationem. Nonne vult ille primo his commonitorij verbis germanos Augustini discipulos, id est Catholicos designari, et tamquam haereticos trahi. Secundo in eo illorum haereseim poni, quod non petentibus, non querentibus, non pulsantibus gratiam dari credant primam, scilicet qua quisque ad fidem vocatur.

Verum haec Novisij Commentatio est, ne quid asperius dicam, gratis excogitata: seponamus eius gloriam, et in solis Vincentij verbis stemus: quosnam ille tamquam haereticos, et qua de causa describit? Eosne omnes, qui personale gratiam, id est non omnibus communem hominibus, et ipsa petendi, querendi, pulsandi studia praevententem agnoscebant? Minime gentium. Sed qui hoc inu- per addebant, quicumque ad numerum suum pertinent, eos sine ullo labore, sine ullo studio, ita divinitus dispensari, ut numquam possint offendere ad lapidem pe- dem suum, hoc est in peccatum prolabi.

Vestram fidem Censores Equissimi; haecine est S. Augustini

doctrina? certe, qui illam tuerentur, pro Augustini discipulis agnosceris? Unde ergo probat Novinus aut illum, aut istos à Vincentio eo loco impetitos, ac non potius aliud genus hominum, qui vera de gratia, et Predestinatione doctrina, privatum errorem adjungentes, omnem bonorum operum curam, ac peccati meum adijciendum esse docerent, ut alij deinde tam multi docuerunt. Falsè dumtaxat, si designare voluit Lerinensis, nullus credo, neget hereticos jure appellatos ab eo fuisse.

Porro de veris Augustini discipulis, id est de Catholicis, qui precise dicerent, primam gratiam dari non petentibus, nec querentibus, nec pulsantibus, de illis, inquam, agere in isto loco Vincentium, non solum nullo argumento monstrari potest, sed ex his ipsius eiusdem loci verbis manifestè id refellitur: Audent docere in Ecclesia tua, hoc est in Communionis tuae conventiculo. &c.

Eccè, non alios homines intelligit, quam quorum Ecclesiam pro conventiculo habet. Quod si hoc de Catholicis accipiendum sit, necesse est velut finxit Prosperum, Hilarium ceterosque germanos Augustini discipulos, privatum aliquod habere Communionis tuae Conventiculum ab Ecclesia Catholica, hoc est à Romana diversum, quod ille absque amentia excogitare non poterat: vel certe, quod non minoris infania preter, ut hanc ipsam Ecclesiam Romanam, cuius potissimum auctoritate ubique pugnat, et in qua tam spectabiles illos esse cernebat, conventiculi nomine appellavit. Quorum alterutrum non vereor ne quis unquam ibi de Vincentio Lerinensi persuaderi sinat.

Hoc ergo maneat in isto Communitivij loco describi non Catholicos, sed quorundam hominum sectam, qui sua alicubi Conventicula haberent, in quibus ea clamulum predicarent, que auctor ipsi attribuit.

At inquis pro Novino, nulla tum erat hereticorum secta, qua dogma illud Predestinationum, suis in conventiculis doceret. igitur, quos illuc inspectum Communitivij. scriptor, non alij erant re ipsa quam Augustiniani, hoc est Catholici

Semipelagianorum adversarij, quibus dum ille absurdum et impium errorem affingit, Semipelagianum se probat; quippe qui Catholicam doctrinam hac arte odiosam reddere conatur.

At enim vanum et falax est omni ex parte hoc argumentum. Nam primo quidem antecedenti si negem, quomodo verum esse ostenderet Norisius, quod nulla tunc fuit heresis, qualem in hoc commonitorio loco depingi diximus? Oportet illi quod notata nihil referat, nullam in Armeniis fuisse Monasteria: an consequens est in Africa reliqua, in Gallia, in Italia, in Europa tota non existisse, quam pra oculis habere Vincentius poterit? fac nullum alium eius rei testem occurrere; an non satis esset, vel silentibus alijs unius huius Viri auctoritas.

Secundo. Cito nullas eiusmodi hereticos aetas illa recipere habuerit an non potuit Vincentius falsa quorundam Relatione deceptus, aliquos esse bona fide credere? potuit sane praesertim Monachus, ut erat, ab hominum commercio remotus. Cuius non igitur hoc potius de Viri pio, et sancto arbitretur, quam ut illum nequissima calumnia verum faciat; quasi sciam a se heresem Catholicis hominibus sciri volens impigerit.

Tertio. Amplius dico: Vincentium fingamus, sive ex errore, sive etiam (quod de tali Viri cogitare piaculum est) ex odio, ac malignitate in Augustini discipulos, nec illis doctrinae flagitia imposuisse; adhuc aberrat toto caelo Norisius, si inde Semipelagianum fuisse concludat. Strenuere censori Occasumini, rem paucis explicio.

Duplex cum Semipelagianis, questio erat id temporis: altera utrum initium fidei a nobis esset, ne ut gratia non daretur nisi personibus, adeoque a Voluntate preveniretur, quod volebant illi: altera utrum Augustinus dum eos impugnat in extremitatem extremam lapsus esset, fatalem necessitatem sub gratia gratuita ac Praedestinationis nomine invehendo, qua omne bonorum Operum Studium Extingueret.

Afirmabant utrumque Semipelagianum, et in utroque errabant, sed errore longe diverso. Primus enim erat, ut vocant juxta errorem ipsi proprium, et in quo posita illorum heresis fuit: alter erat facti solum error, ut dicitur, qui nec potuit hereticos facere, nec Semipelagianorum peculiaris fuit. Etenim Augustini

21

quedam principia, quibus gratiam Praedestinationem, et gratiam defendit. Littero, artificio
contrariam esse, opinio fuit non semipelagianorum modo, et Praedestinationum, sed mul-
torum quoque ex Catholicis, tam illa aetate, quam novae et superioris saeculo, et si huius
opinionis amplectenda plane alia alij causa fuit.

Amplexi sunt semipelagiani, ut Catholicum dogma in invidiam
vocarent, quasi absque talibus principiis, atque consecutiis, qua illi merito damnabant
defendi non possent. Amplexi sunt Praedestinationum, ut suaderent haec ipsa consecutaria non pos-
se falsa esse, quasi unum Augustini doctrina necessario connexa forent. Orthodoxi vero illi,
quos diximus, et contra Praedestinationum eadem falsa esse defenderunt, et ex Catholica
fide sequi negarunt, contra semipelagianos; licet ex quibusdam principiis Augustino pro-
prij, nec ad eam defendendam necessariis eiusmodi consecutaria necesse immerito faterentur.

Ex his facile intelligitur, Docissimi Theologi, quamvis Augustino
eiusve discipulis haeresein Praedestinationum imputaret Auctor commonitorij, quod falsum
esse ostendimus; haud tamen inde conclusi pro Nostris posse, quod vere unus fuerit ex se-
mipelagianis; multo minus quod eius liber semipelagiana haec infectus sit. Nostris vero
contrarium ex his ipsius Commonitorij Verbis positive, et aperte demonstramus.

Quis unquam (ait Cap. 34) ante profanum illum Pelagium tan-
tam virtutum liberi praesumpit arbitrij, ut ad hoc in bonis rebus per actus singulos
adjuvandam necessariam Dei gratiam non putaret? Ecce proficitur Vincentius ad
singulos actus in bonis rebus necessariam Dei gratiam esse.

Haccine est semipelagiani hominis oratio: actus quo pri-
mum creditur, vel quo fides postulatur, vel quicumque demum actus est, quo vita chris-
tiana inchoatur, utique bonus est, sive in bonis rebus. Falem actum sine gratia adiu-
rio elici posse dixerat Verbi negat Vincentius: quid amplius vel Africana Concilia
vel Augustinus ipse, vel Atrifcana Synodus a Catholicis exigunt in hac mate-
ria? An ullus alius est Commonitorij locus, ex quo pateat dolum in isto latere,
aut Vincentium, quamvis dicat singulos actus, tamen primum actum, hoc est ini-
tium fidei excipere, gratiaque subtrahere?

Ergo affinxerit Augustino, vel eius discipulis Prædestinationam hæresim Vincentius
Limonensis, bona vel mala fide hoc fecerit, sicut non potest ob illum facti errorem Prædesti-
nationis diu, ita non potest sine iniuria ob eundem haberi Semipelagianus, quando illa
tam plana, tam diserta Catholica fidei professio in eius commonitorio apparebit, nec ali-
ud inde afferetur, quod evidenter illam destruat, sitamque ac subdolan^r probet.

Venio nunc ad alterum eiusdem libri locum, ex quo Vincentij semipelagia-
nissimum errorem Norisio videri. Habetur illa Commonitorij Cap. 43. ubi post relata hæc
S. Celestini Verba ad Gallos Episcopos in Augustini obretractationes scribentij; Non ut ipsi liberum
habere pro voluntate sermonem. sic prosequitur... Itic aliqui fortasse ad dubitantes qui-
nam sint illi quos habere prohibeat pro voluntate sermonem, Veritatis prædicatores
an novitatis inventores. Ipse dicat (Celestinus) dubitationem legentium ipse dissolvat.
Sequitur enim. Desinat (inquit) si ita res est incesse novitas Veritatem. Ergo hæc
sunt S. Celestini sententia, non ut Veritas cesaret obviare novitatem, sed potius no-
vitatis desinere incesse Veritatem.

Hæc ipsa commonitorij verba sunt ad que respiciens Cyr. Ha-
ronius in nota super Martinologio ad IX Calendas Junij. Vincentius Limonensis,
(inquit) non tantum non impugnavit defensores S. Augustini, sed magnopere laudavit.
cui iudicio subscribunt insignes quique Theologi.

Nec vero aliter iudicare poterant, nisi Vincentium plane amun-
tem facerent. Quis enim sine amentia credat, non dico negari, sed vel dissimulari
posse, quod illa Celestini verba in Augustini reprehensiones cadant? tota quanta
est sanctissimi Pontificis Epistola in illi culpanda, ac refellenda, et in ipso laudando
Augustino versatur, sic ut ne ipsa quidem impudentia citra insaniam negare hoc aude-
at. Et tamen si Norisio fides, eo spectat Vincentij disputatio, ut illa ipsa verba non
pro Sancto Presule contra eius adversarios, sed pro his contra ipsum dicta esse persua-
deat. Quid hoc aliud est quam Vincentium Limonensem, ut Semipelagianum, et Au-
gustini hostem facias, et insanum velle facere.

At Videte, obsecro vos, quo fundamento tantam illi contumeliam

iraget Novitius. Nempe (inquit) hoc Pontificis dictum, desinat in maiore novitas vetustatem, ita inculcat Vincentius, ut vetustatis nomine doctrinam semipelagianorum, et intelligat ipse, et à S. Pontifice intellectum velit novitatis vero nomine Augustini sententiam.

Atenim visum quero, quo teste, quo argumento, quo iudicio talem interpre-
tandi impudentiam, atque absurditatem Vincentio attributioni Novitii? simus equidem hunc mo-
dem semipelagianorum esse, ut novitatem Catholicis objicerent, ut simus, et ita eandem
illis vultum pro suo utroque jure exprobrasse. Quid est igitur in hoc Vincentii textu, unde
appareat semipelagianorum positio, quam orthodoxorum sensu locutum esse?

Quamquam quid diutius quasi in re utroque vixit, heremus? Quis-
quis est, quid sit hoc loco apud Vincentium vetustas, quid novitas. Doceret ipse quo nemo
melior sui interpres. Repetantur illa, que modo retulimus ex Cap. 34. Cui unquam an-
te profanum illum Pelagium tantam vixitatem liberi presumpserit arbitrii, ut ad hoc in br-
ui rebus per actus singulos adhibendum, necessariam Dei gratiam non putarent? En-
im ut Vincentio, pariter ac Celestino vetustas erat gratiam dicere ad singulos actus bonos
necessariam: novitas id ipsum negare. Huc hoc deleat Novitius, aut desinat oppo-
si- tam illi sententiam, ne dicam stultitiam imponere, quasi non Celestino loquens, contra
Celestinum senserit, id est ex novitate vetustatem, ex vetustate novitatem, reclamant-
te ipso textu fecerit.

Hinc visum intelligitis Doctissimi Theologi, suavia esse Noviti-
um, quando Vincentium hunc Novitium auctorem facit objectionum Vincentianarum
que a Prospero refelluntur. Sunt illa ut scitis, capita sexdecim Predestinarii erroris
que à Vincentio quodam Augustino, cuiusque discipulis obicit fuere, quasi doctrinae
ipsorum consecraria. Frustra est, inquam Novitius, dum ea Cerinthii Vincentio ad-
scribit. Primum, quia si factum probarer, haud propterea consequens esset hominem
Semipelagianum existere. Ita iam videmus. Deinde, quia non aliam rationem rem-
probat, quam quod Vincentium nostrum Augustini oppugnatorem fuisse ex ipso-
met Commentario demonstratum à se putat; id vero quam fabrum sit, iam patet.

Tertius est Commonitorij locus ex Cap. 39. qui sic habet:
Quid quid vero quamvis ille sacerdos, et Docay, quamvis Episcopus, quamvis Confessor,

et Martini, præter omnes, aut etiam contra omnes senserit, id inter propria, et privata
opinionulas à communis, publicæ, ac generalis sententiæ auctoritate secretum sit, nec
cum summo æternæ salutis periculo, iuxta sacrilegæ hæreticorum, et schismaticorum
consuetudinem, Universalis doctrinæ antiqua Veritate dimissa, unius hominis novici-
um sequemur errorem.

Sed in hoc loco defendendo nihil est, quod immoremur. Nam præ
terquamquod aliud est, ut iam ostendimus semipelagianam hæresim propugnare, aliud
Prædestinarianam Augustini libris falso ascribere, ne ipse quidem Novicius affirmare
ausus est hic Augustinum perit ab Authore Commonitorij. Hæc (inquam) contra Au-
gustinum dicta sunt, quibusdam forte videbuntur, quibus tamen, nec convenio, nec re-
pugno. Quod illis non conveniat, Equidem merito facit. Cui enim unum aliquem
præ ceteris designatum hic à Vincentio voluit? Itē si dicendum foret aliquem no-
minatim ab illo designari, cur non potius de Cipriano cogitant, cui hæc omnia con-
veniunt, quod fuerit Sanctus, quod Doctus, quod Episcopus, quod Confessor, et Martir;
quam de Augustino, quem aperte duo ista excludunt, Confessor, et Martir.

Hæc igitur loca sunt, ex quibus nisi oculos nobis eruamus, pa-
lam se facturum spondebat Novicius. Authorem Commonitorij semipelagianum, eius
que Opus hæreticum esse. Vestrum in iudicium Conitorum Doctissimi, utrum fides No-
vici præferat: utrum hæc tantæ fuerint ponderis, ut propterea non modo Baronium,
sed omnes fere scriptores orthodoxos impugnare debuerit, ac hæreticorum partes con-
tra Vincentij Lerinensis Commonitorium, imo contra Ecclesiam Catholicam suscipere.

§. II.

Quod toties, ac tam diserte affirmat Novicius, semipelagianissimum fuisse Com-
munem Gallia Doctorum opinionum partem amicos in Masiliensium sententiam pe-
ditibus, plerisque Episcoporum ex tota Gallia convenientium his convenisse, hoc col-
ligo, inquit ex Prospero ad Augustinum Epistola, ubi ait paucos perfectæ gratiæ ama-
tores eadem adspulatos. Sed aut Prosperum invidiose legerat hoc loco Novicius, aut

in citando, memoria lapsus est.

79
Primo. Non ait absolute S. Prosper, paucos perfectos gratia amatores esse, qui sibi, vel Augustino adhaerent, sed paucos ex illis esse inceptos, qui palam audeant adversarij se opponere. Multum (inquit Prosper) nos vice moris antecellunt, et aliqui eorum adepto nuper summo Sacerdotij honore supereminent, nec facile quinquam, praeter paucos perfectos gratia inceptos amatores, tanti superiorum Disputationibus ausus est contraire.

Secundo: non loquitur Prosper de Universa Gallia, sed de Massiliensi tantum Civitate. Multi (inquit) Servorum Christi, qui in Massiliensi Urbe confitentur, in Sanctitati tuae scriptis... Contrarium putant Patrum opinioni & Hilarii vero: Haec sunt, quae Massilia, vel alij etiam locis in Gallijs veniantur. Quo quidem modo non loquens qui totam Galliam, aut maiorem eius partem Semipelagianismo infectam vellet intelligi. Ita quod de una Urbe, vel de angusto fortasse Provincia tractatum scriptum fuerat, id a Noisio ad Universam Galliam traducitur. Et quia docet Prosper paucos illic esse, qui cum ipso Semipelagianis inceptis disputando se opponant, reliquos omnes Semipelagianos facit Noisius. Quasi male sentiant de fide quicumque vel nesciunt, vel non audent errorem publice confutare.

En quibus fundamentis nititur illa Noisij assertio, Semipelagianismum quinto saeculo communem Episcoporum Galliae morbum fuisse. Argui non modo perperam ex Prosperi Verbis id colligit, ut vidimus, sed etiam ex eiusdem silentio, et ex ipsius confessione Noisij contrarium multo rectius colligi poterit, quod utrumque sic ostendo.

Prosper, et Hilarius, cum se Massiliensium conatibus redeundi impares sentirent ad S. Caelestinum Pontificem adeunt. De Pelagianismi reliquijs in Gallia pullulantibus illum admonent, atque ut quicquid malo occurrat, erigere erant. Quos qualesque Pontifici detulerunt, docet Noisius pag. 249. Prosper (inquit) et Hilarius Caelestinum, Faustum, et ipsummet etiam Vincentium... paucosque in super alios apud Caelestinum accusarunt, quod S. Augustini doctrinam iniurij laederent. Lacerabant autem, ipso teste, quicumque Semipelagianis erant. et pro paucis. Prosper et Hilarius non Episcopos accusarunt... sed nescio quos Presbiteros tantum detulerant.

Permotus igitur amborum Relatione Pontifex Epistolam mittit

Encyclicam hac inscriptione: Dilectissimis Fratibus Veneris Massiliensi, Maris Leoncio Tro-
julieni, Auronio, Iacobo Vindocensi, Philatario, et ceteris Gallia Episcopis, Celestinus Episco-
pus. Illi graviter succurrit, quod dum nescio qui Presbiteri indisciplinatas quæstiones in
medium vocant, et Augustino oblocuntur, dum inveniunt novam vetustatem, (sic est semipe-
lagianismum, doctrinam orthodoxam) ipsi interim Episcopi tacerent, nec salutari Veritate
obstarent. Hoc totius Epistole argumentum. Cuius potius nullus est, qui non sic apud se
cogitare possit ac debeat.

Semipelagianismi statum in Gallia nemo melius notat qu-
am Prosper, et Hilarius, qui eius ortum ac progressum suorum oculis spectaverant, et in eo
comprimendo assidue laborabant. Nec dubium est, cum hac ipsa de causa Romam petissent
quàm ambo diligenter, ac minutatim Summo Pontifici exposuissent, quibus loci ea contagio vor-
peret, qui quælibetque essent quos adhuc corruperat, nec magis ambigendum est, quin ipse
Pontifex pro numeris sui natione, proque suo in Religionem Zelo, ubiunque necessarium es-
se sicut, remedium adhibere studuerit. Quid igitur cause esse poterit, aut Prosper, et Hila-
rius apud Celestinum, cum Celestinus apud Galliarum Episcopos de Presbiteris quidem
aliquos tamquam semipelagianis, et Augustini obretractantibus expostraverit; ipsorum ve-
ro Episcoporum, nec unum ex eo numero esse significaverit; hoc solum his expostrans, quod
talium hominum licentiam non cohibuissent? si verum foret, quod contendit Novus
paucos eo tempore in Gallia Episcopos fuisse non semipelagianos, id que esse quod Prosper
ad Augustinum scripsit, qui credit vel tacitam fuisse Pontifici, quod Augustino scri-
bentem putavit, vel Pontificem ipsum in tali re disimulaturum.

Faceret sane utrique injuriam, qui diceret vel Properum quor-
dam solum e Leis deulise, de ceteris siliuse, hoc ex mali partem præsupponam Consi-
fui cultasse, vel hunc omnium Episcopis aliquos Presbiterorum mentionem facere voluisse
neglectoque personali, et potius Episcoporum delicto, negligentiam dumtaxat in alieno
emendando ipsi expostrare. Nisi forte arbitramur Celestino levius criminem vultum es-
se in Episcopis, quod errorem profiterentur ipsi, quamquod Presbiteris quibusdam illum
profiteribus silentium non imponerent, aut metu aliquo vel humani respectu prohibentem
esse, ne Episcopos semipelagianismi pariter ut Presbiteros argueret, qui tam graviter, ac
libere hoc ipsi Episcopos minus profecto culpa redarguit. Quorum neutrum Episcopi p-
dens quinquam de Prospero, vel de Celestino cogitavit.

20

Iam vero ex hoc Prospero simul, ac Celestini silentio, quid aliud colligi poterit, nisi neminem Episcoporum, qui tunc erant in Gallia, semipelagianismi compertum apud alterorum fuisse, tanto abest, ut Contrarium a Prospero affirmatum dici queat in epistola ad Augustinum?

Porro haec conclusio si legitima sit respectu aliorum Universalium, ut est certe legitima, multo utique magis respectu S. Hilarii Helatensis, quem tamen Novius praecipuum e semipelagianis tunc Episcopis facit. Cui enim credat, si talis foret, aut celatum id Pontifici a Prospero fuisse, aut ab ipso Pontifice dissimulatum? quasi non videret a sex illis, quos sic arguebat, Episcopis continuo responderi ipsi posse: qui nos increpas, quod erga Pelagianorum reliquias dissimulatione utamur, quando eadem ipse uteris erga illorum Antesignanum Hilarium Helatensem Episcopum?

Quid quod Celestinus ne quidem cum illis sex, quos dissimulationis arguit, hunc appellat, nec omnino eius mentionem facit, quem tamen omnium praimum inuolare debuisse, ut pote Metropolitanum, cuius erat ante alios, pro fide exultans ager. Adeo certum est nihil de illo sinistri Relatum a Prospero, vel a Celestino creatum fuisse.

Scio, quid Novius in S. Inuitum commentatus sit, ut semipelagianum faceret; sed praeterquam quod illius objectiones sigillatim, ac solide ab illis confutatae sunt, qui non videt uno S. Celestino loquente sic appello istud eius silentium sua in epistola 7 uniuersas deflari.

Finem faciam postquam unum adiecero, ipso ex Novio, unde appareat quam iniquus sit, dum semipelagianismi maculam omnibus formae Galliarum tunc Episcopis aspergit. sic enim ille lib. 2. Cap. 2. Cum nulla Honorati Helatensis, nec Maximi Lemensis, nec Lupi Recensis Scripta extant, nihil sinistri de illis suspicari fas sit. Quae est enim sanctorum illorum Virtus, quorum errata nullo certo testimonio constant in depravatae Sententiae suspicionem Vocare?

Hac Novii Regula nihil verius, nihil equius, qua si uteretur, non iam plerisque Gallia Episcopos, sed vix unum, aut alterum semipelagianis dedisset. Nam si Hilarium Helatensem excipias (quem ipsum immerito

suspectum à Nōisio fieri vidimus) quis alius est tot Episcoporum, quos tunc habebat
Gallia, cuius extant scripta, ullumve aliud certum de ipsius semipelagianismo testimo-
nio? Quidni ergo de omnibus aequè dixit: Turpe est sanctos illos viros. &

Addo amplius: si sufficit haec Nōisij Regula, qua profecto suf-
ficiat, ut nefas sit Honoratum, vel Maximum, vel Lupum, quamvis in Lerinensi Monas-
terio, hoc est, si Nōisio credimus, in ipsa semipelagianismi scōla, institutos in depravata
sententia suspensionem vocare, quod nullis Nōisiorum scriptis, aliove certo iudicio ea res com-
probetur, quanto minus ceteros Gallia Episcopos, quos eadem juvat ratio, et quibus ni-
hil commune cum Lerinensis Monachis fuit?

Cæterum nemo existimet Nōisium aliquatenus ex-
cusiari posse eo nomine, quod tres illos sanctos Presules in semipelagianorum turba excipi
conferent. Quando enim asserere pergit paucos tunc in Gallia etiam Episcopos semipela-
gianismo immunes fuisse, id que ex Prospero recte colligi potest: Quando Lerinense Mo-
nasterium velut alteram semipelagianismi arcam insimulabit; tandem ex Nōisio pro-
babitur heretici nullos esse, qui minus quam tres iam ab illo errore vindicari possint.
Addent ipsam rationem, qua hoc aliubi eximere vius est, paulo post derogasse, et
quamvis sic loquatur pugnantia, haud tamen ab eo refelli, que tam asserentis
tantaque contentione de Lerinensium semipelagianismo asseruit. Itis vero stanti-
bus, ea pariter firma consistere, que ipsi ex eius asseritionibus concludunt. Hanc here-
ticorum responsionem non video, qui refellere poterit Nōisius.

Neminem deinceps futurum arbitror, qui expensis Nōisij con-
iecturæ adversus tot sanctissimos Gallia Presules, aut adversus Vincentium Lerinensem
eiusque communitivum non fateatur (quod nobis sufficeret) saltem equa probabi-
lia esse, que ex adverso opposuimus. Sed adjei quod illorum sanctitatem lon-
gus adhuc extra omnis dubitationis aleam ponet, si vera sunt Nōisij argu-
menta, quibus eos semipelagianos facere conatus est: tamen iniquum pro-
xi Videri dum negat eos involuntario errore, bonaque fide tales esse potui-
sse, hoc ergo probandum superest.

Itaque de Masilionium, hoc est semipelagianorum Doctrinibus, adeoque maxime de Episcopis, generatim affirmat Novatius, ut vidimus, eummodi illos fuisse, ut illata luce oculos obstinatissime clauderent, ne viderent. Qualis profecto accusatio nulli etiam de vulgo multo minus tot, ac talibus viris, nisi evidentissime probata imponi debuit. Sed procul abest, ut evidentiam attingat, cum ne quidem probabilibus argumentis.

Non potuerunt (inquit) ex ignorantia involvibili, hoc est involvibili, bonaque fide errare: quid ita? quoniam Augustini libri edocti, et Prosperii atque Hilarii disputationibus instructi erant, ac plurima luce collustrati: cum aliunde, et ingenio, et eruditione pollerent. Itae tota ratio.

Haud dubium sane, quin ad illas de gratia quaestiones multum lucis ex Augustini scriptis affulsisset, et aliquid etiam Prosperii ac Hilarii disputationes contulissent. Sed numquid hic consequens est in Controversia, si ulla umquam fuit, subtilissima, et obscurissima, qua non diu ante agitari ceperat, haud potuisse satis ad hunc caliginis superesse, ut multa quamvis bona ingenia, quamvis sincere veritatem inquirentia, nondum tamen illam assequi, et a finitimo errore separare valerent.

Duae tantum circumstantiae sunt, in quibus ignorantia nequeat esse involuntaria, bonaque fidei. Prima est, si ecclesia cum auctoritate locuta sit, expresse damnando errorem. Altera si dogma orthodoxum, ita clare propositum, et enucleatum fuerit, si rationes, quibus nititur, adeo evidentes sint, et qua contra obijciuntur tam facilia ad solvendum evaserint, ut vel mediocri Theologo, illis convinci, his respondere possit. Tunc enim merito praesumitur si quis errorem tueri pergat, eum mala fide contra proprium iudicium, aut certe ex affectata ignorantia agere, oculosque claudere ne videat.

Porro nullam adhuc expressam ecclesiae definitionem in semipelagianos fuisse illorum tempore de quibus loquimur, discrete pluribus locis affirmat Novatius, ut diximus: ergo ut aserat non potuisse horum errorem, sive ignorantiam esse involvibilem, supponi necesse est, iam tunc talem fuisse opinionem contraria evidenciam, ut nullus eius temporis Doctor impugnare hanc potuerit, nisi mala fide, aut errore prorsus voluntario. Sed hanc suppositionem quomodo probaret Novatius? Mittamus rationia, et in solis exemplis sistamus hac ipsa ex controversia petitis.

Præter id quod spectat gratiæ præventionis necessitatem, de qua cum semipelagianis negotium fuit, alia plura sunt eisdem controversiæ capita, de quibus apertissimam esse Augustini sententiam, et ab illo validissime probatam non dubitat Novatius, Vg. de Prædestinatione gratuita ad ipsam gloriam, de Virtutibus infidelium falsis, de judæorum statu sub Veteri lege, de necessitate gratiæ per se ipsum efficaciæ, de modo huius conciliandæ cum libero arbitrio, de Reprobationis causa ex peccato originali, de legis naturalis ignorantia, numquam excusante à peccato, de statu pure nature impossibili, de discrimine adiutorij in statu innocentia, et natura lapidæ &

De his, inquam, non dubitat Novatius, quoniam aperta sit, et omnino vera Sancti Augustini opinio, illa videlicet, quam tuetur ipse, cum ipsi, qui se Sancti Augustini discipulos appellant. Nec tamen nescit idem Novatius, quam multi sint, temporæque in Ecclesia fuerunt Theologi, qui opiniones illas rejicerent, aut etiam Augustini esse negarent.

Nunc igitur ex Novatio quaesivim, vellent de his omnibus pronuntiare, quod non serio, ac sincere veritatem inquiserint, sed oculos de industria clauserint, ne viderent. Non arbitror tantam injuriam, tot viri, et sanctitate, et doctrina conspicuis interrogatorum, puta Sancto Francisco Salesio. Atque tamen isti quoque omnem ignorantia excusationem adimeret illa ratio, qua hanc Vincencio Loxinensi, Cariano, Hilario, Helatorsi eripi voluit Novatius, quod scilicet tot Augustini libris edocti tot disputationibus Prospero instructi, inimicabili ignorantia veri laborare non poterint, adeoque oculos sponte sua clauserint. Habent enim nostri, non minus quam illi Veteres, Augustini, ac Prospero scripta: habent præterea tam multas Doctorum Lucubrationes ab eo tempore ad nostram ætatem editas, quibus ne quæstiones omnes divicissimæ, ac diligentissimè excussæ longe plus lucis acceperunt, quam quod tunc ex solis S. Augustini libris ad illam de gratiæ præventionis affulgere poterat.

Aut igitur hoc quoque Nos faciat Novatius affectata ignorantia, penitusque voluntaria obstinationis, aut fatentur Veteres quoque potius bona fide ex inculpabili, et involuntaria ignorantia errare; cum nulla adhuc extaret Ecclesiæ decisio, nec maior esset contra Nos, quam sit contra illos Veritatis Evidentiæ. Jam

32

si de omnibus universim, ita existimari potest, quoad nihil est unde contrarium appa-
rear; quanto magis ubi de illis agitur, quorum pietas, imo et Sanctitas ab omnibus, et ab
ipso illorum adversario Sancto Prospero predicatur.

Certe nos ipsos ex semipelagianis, qui ad Concilium usque
Arausicanum secundo tales existebant, quo tempore Veritas integri seculi disputa-
tionibus eliquata facilius deprehendi poterat, nos ipsos (inquam) adhuc bona fide
non studiosa obstinatione errorem propugnare ex eo admodum probabiliter concludi
potest, quod huius Synodi decretis a Sancta Sede comprobatis sine mora acquie-
verunt, sic ut nulla deinceps semipelagianorum vestigia apparuerint.

Quis enim credat si ex eorum numero forent, qui quamvis plu-
rima luce illata oculos claudunt ne videant; eos tam dociles, tam promptos ad eui-
vandum errorem futuris fuisse; ac non potius reclusos ad consuetas haeticorum cavi-
lationes, ut ecclesiae decreta torquensando eluderent? quod si post tale bonae fidei speci-
men haud equum erit eos voluntaria, ac studiosa pertinacia accusare; quanto
minus alios illos, qui diu ante nondum adeo exorta caligine ad eundem scrupu-
lum impingere poterunt.

At inquit, istis tamen pernicitiam, et obstinationem
obicit Sanctus Prosper in epistola ad Augustinum, ut refert loco allato Norisius.
Respondeo, non omnis pernicitiam vel obstinatio cum bona fide ac sanctitate pugnat.
Quisquis in eiusmodi controversiis falsam autem opinionem, nec veri rationibus in opposi-
tum acquiescit, ille hoc sensu pertinax vocari potest, quod Veram sui iudicii nimi-
um tenax sit; sed non semper eiusmodi pertinacia est voluntaria, et affectata;
Cum Viris alioqui Sanctissimis saepe contigerit sic ad errorem ducitissimi adherere
non sponte sua sed invitis, ac veri specie, et alterius odio deceptis. Illa vero
haud dubie culpabilis erroris, et inexcusabilis pernicitiam est, illata luce oculos
claudere, ne videas, id est Veritatem aperte propositam, adhuc contradicendi stu-
dio impugnare.

Nihil tale his de quibus agimus imputat Sanctus Prosper: Norisius
autem, et his ipsi tam culpabilem obstinationem tribuit, et respectu illius

temporis tribus, quo illos Sanctus Prosper innoxie errare satis indicat: igitur
nihil est in illa Proserii Epistola, quo suam adversus eos Conjuram tueri
possit Noisius: nec magis hac auctoritate, quam argumentatione
sua probat, non invincibilem, sed Voluntariam, et affectatam
illorum ignorantiam fuisse.

Finis.



+ 3 33

Epistola Doctoris Sorbonici ad Amicum Belgam.

Quam infausta nobis Roma nunciata sunt! Comperata tibi eadem exunt: facti enim auctoribus id comprimis cura fuerit, ut in Belgium quoque tuum quem admodum in Gallias nostras, atque in universam Italiam quanto cius gesta rei fama pervaderet. Sine tamen, ut ea de re certioxem ipse te faciam, hinc facile occasionem adrepturus (quod quidem neque injucundum tibi fore crediderim, neque fortasse inutile) aperiendi tibi, quænam Catholicorum nostratium mens sit atque sententia.

Facto ut aiunt Verbo cum Sanctissimo, Ricchinio autem homine Dominicane familie adnitente, sacra Indicis Congregatio Jansenianam exuditi Patris de Colonia Bibliothecam vetitorum librorum Catalogo adscripsit: paucis habes quid actum sit.

Vellem maxime usurpati à nobis illud rectè posse, quod nudiùs tertius hac ipsa super re respondit mihi vix quidam, è Maurinorum Patrum Congregatione: Quid quæso, aiebat ille mali hinc Orthodoxæ Religionis metuamus? proximus haud quaquam hic est Jesuitarum liber, cujus lectionem Roma vetitam esse voluexit: Scis utique quid

de proscriptionibus hujusmodi sentiret Menagius, ubi ipsum monerent amici fore, ut in prohibitorum librorum Indicem Roma ex ejus libris quemquam infereat: respondere ille consueverat: notabitur Roma? legatur ergo: Atque id in Jesuitarum causa eo majori cum veritate dicemus, quod exploratum habemus, quam prepotens Roma Dominicanorum auctoritas sit; quantaque hi in Jesuitas rabie ferantur.

Hæc bonus ille, doloris mei levandi causa: Verum quo prestat ingenio, vides ipse quam infirma sit ejusmodi consolatio. Primum enim quod contemptus ille augeatur in dies, quo passim damnationes Romanas nostrates excipiunt, grandis sane mali loco haberi debet: At id genus mali hoc est, quod vitari minimè possit, si, quæ in hoc proscribendo libro ratio servata sit, animadvertamus. Age, nodum hunc extricemus.

Quæ in Bibliothecam Jansenianam censura lata est, ait in ea plures legi propositiones falsas, temerarias, Catholicis Scholis, ac quæ ad eò Scripturibus dignitate eminentibus plane injurias: quò ista spectant?

Hosti à P. de Colonia in hac Bibliotheca Noxium Cardinalem; celeberrimum Dominicanum alumnum P. Seazy, et aliosque paucos ex eodem ordine religiosos vixos fuisse censos. P. Ricchinus, qui P. Vasio successus est nuper à Secretis Romanæ Indicis Congregationis: sub ipsa gerendæ dignitatis suæ initia inclarescere, suorumque factuum nomini

34
in iustam notam ulcisci voluit: quid igitur, Pontificis ma-
ximi in Cardinalem Norisium studio usus est in rem suam
quam callidissime. Pontifici, ut illustre aliquod ederet ex
Cardinalem illum, doctissimos inter ceteros suos sine
ulla dubitatione censendum, voluntatis suae argumentum,
persuadere nullo negotio potuit: nam (quod nemo nostrum
ignorat) elaboravit ipse maximopere; et si frustra cessit con-
atus omnis, ut quo Theologica ejus Cardinalis opera, inter
noxios vetitosque libros retulerant, solemne decretum Hispa-
ni Quæitores fidei abrogarent, atque deleverent. Ricchini-
igitur artibus effectum est, ut Pontifici suaderetur, damnata
P. de Colonia Bibliotheca, decretum illud Hispanum iniustitia
convictum iri: insidijs his irretitus est Pontifex, extorta est
Bibliotheca proscriptio.

At quodnam de tota hac re iudicium ferent quotquot sciunt,
Janseniani erroris accusatum sæpius fuisse Norisium, com-
probataque certis tabulis ac monumentis P. Seray cum Quæ-
nello ejusque a seclis societatem? enim verò quod ad Norisium
attinet, ipsum quod indicabam, Hispanorum Quæitorum de-
cretum argumento esse potest sane optimo, & luculento ejusmodi
accusationis: quod autem spectat ad P. Seray satis fuerit Causam
Quænellianam adire.

Fustria respondebimus, privati hominis non fuisse Jansenianis

ad censere vivos, Apostolicæ Sedis iudicio nunquam Hereticis adnumeratos. Effugio isti nullus, vel ab ipso P. de Colonia institutq, relinquitur locus: neque enim adgressus est ille ad eos tantum in sua Bibliotheca censendos, qui Janseniani reapse fuerint; illos quoque adnotandos suscepit, qui hujus Hæreseos accusati aliquando, inque illius suspicionem vocati fuissent, docet id palam, quo ejus liber prænotatur titulus. Quamobrem si inficiari haud possumus, Noisium ac Dominicanum Seray in suspicionem venisse Janseniani erroris, atque adeo hujus hæreseos insimulatos fuisse, quid temeritatis, quid falsitatis, quid læsæ erga Apostolicas sanctiones reverentiæ postulatur P. de Colonia? adfirmat ipse, sæpius Janseniani erroris fuisse incusatum Noisium, nunquam tamen ea de causa condemnatum: numquid Sanctæ Sedis iudicium expectandum fuerat, isthæc narratur? hæc igitur summa conclusionis exit; Ricchini fraudib, ultionis studio, immoderatis animi motibus tribuendam demum esse hujusce Bibliothecæ condemnationem.

Addent his alij, si Scholarum Catholicarum Sanctæque Sedis honos Dominicano huic cordi fuerat, Næ! illi plurimi alij præsto erant libri, quorum si damnationem procurasset, Catholicis Scholis, Sedique Apostolicæ maximè consulisset. Mittamus Libellum, quo P. Gravesonius & ipse Dominicane familie, Trevoltienses Patres insectatus est; alterius quoque Dominicanæ Epistolæ adversus Bolandianos: P. Concina Paradoxa Jesuitis, & celeberrimo P. Mansi Congreg. Mariæ Dei infensissima, librumque de Monastica paupertate, quo idem Concina Regularibus omnibus bellum indixit; fingi nē animo possint graviores calumniæ, injuriæque acerbiores, quàm quas Franciscanis Bzovius Dominicanus suis in annalibus intulit? Vide,

quæ hanc

quæ hanc in rem habet Wadingus in Pæfatione ad præclarum
opus annalium sui Ordinis. Societatis Jesu Historia, cujus tria
aut quatuor volumina in Hollandia hæcenus excusa sunt; aliud
nihil est, quam satyra, quæ non Jesuitæ modo, sed etiam Romani
Quæsitores fidei, Cardinales, Pontifices, atque adeo quos colimus
Sancti, nequissimè prosciuntur. Cux ergo nefaria isthæc scripta
ad Tribunal, ubi à secretis est, non defert Ricchinius cux Puxpura-
tos Patres non urget, ut illa æquissimis certè Suffragijs configant?

Quid de P. Berti Augustiniani Theologia Romæ edita, senserit
nupex vita functus Card. de Rohan, quid Viennensis Archiepisco-
pus, alijque quam plures nostrates Episcopi, alias te scripsi: heu
tamen! tam abest, ut hanc ce Theologiam, quæ Baii Jansenijque
errores palam revocat in Scholas Catholicorum, Ricchinius Indici
inscribendam curavit, ut ejus Apologiam, quæ nupex vulgari cœ-
pit adversus citati Archiepiscopi Viennensis librum, appro-
bavit, ijsque verbis, quæ doctissimi, sapientissimique hujus
Pæfulis nomini contumeliosa nemo non intelligat. (*)

(*) Ricchinius in ea adprobatione
Archiepiscopum Viennensem in Gallia
vocat Anonimum Vitiligatorem, contentio-
nis, emulationis, & partium studio abrep-
tum. Ibidem scribit, quod P. Berti adver-
sarij sui (Archiepiscopi Viennensis) insci-
tiam prodat, objecta convellat, cavillatio-
nes ex sufflet.

ita scilicet Episcopalem Ordinem Reveretur

Ricchinius, nunc Romane Indicis Congrega-
tionis Secretarius, id est pro suo arbitrio
Dominus, ac Moderator. Nonne tibi videtur opti-
me consultum esse Catholice Ecclesie in libris
cozzigendis, ac proscribendis, tantorum nego-
tiorum Ricchinio Domino ac Moderatore! at qui
præterea est, cur graviora metuamus, nisi
tandem aliquando missis Fratribus, hujusce-
modi Curie Romane munera, ad graves &
doctos Pælatos devolvantur.

Sed gravius quidpiam hoc esto; aliquot ante annos Theologicae P. Serry Praelectiones Venetijs typis prodierunt. His Epistola adnectitur, aut verius insectatio quaedam acerri-
ma, quam Professor ille vulgaverat veluti à Launoio ex-
Elysijs Campis perscriptam ad Jesuitarum Praepositum Gene-
ralem. Unum hoc, cui Scholarum Catholicarum nomen, decus-
que cordi sit, satis esse causae deberet, voluminibus illis
aeternum proscribendis. At pejora in his sunt. Ibi nempe
P. Serry nullis ambagibus, disertisque verbis ait, pluri-
busque persuadere nititur, Ecclesiam indijudicandis
factis Dogmaticis, cuiusmodi celebre factum Jansenij
ab errore haud esse immunem. En velut uno ictu percussa,
postrataque Archiepiscopi Cameacensis documenta,
doctorum Sorbonicorum, Regniq[ue] nostri universi Ca-
tholicorum sententias, at que adeo Romanorum Pontificum
decreta, quibus formularij Alexandrini subscriptio
praecipitur. Verbo, et triumphantem Jansenismum. Ne-
que enim est, qui nesciat, Catholicorum cum Jansenianis
Controversiam, eò demum verti, utrum quinque proposi-
tiones, quo ab Ecclesia damnatae sunt sensu, re vera extant
in Jansenij libro? Palliarum Episcopi, Regionum omnium
Theologi, Pontifices Romani uno ferme saeculo in id unum
incumbunt, ut in hisce factis Ecclesiam errare non posse
confirment. Negare hoc ausus est in Italia P. Serry prope
in conspectu Romanorum Pontificum, ejusque libri impurè

per omnium manus vagantur: id intelligit Ricchinius, id videt:
studiumque suum in Jansenianam P. de Colonia Bibliothecam
convertit, partim quia ab hoc, ille notatus est: Studium enim
vero præposterum.

In hunc fere modum ratiocinari oportet homines ingenio præ-
ditos: & pollicebimur nobis, eos damnationis hujusmodi ratione
aliquam habituros? Quid tu? Haud tamen nega vero non defutu-
ros, qui illam exosculentur. At qui tandem hi? Prætereamus
Jesuitas, quos nōrunt omnes cæca quadam obedientia amplecti
quidquid Roma decreverit: qui glorioso se nomine appellant
Veros Sancti Augustini Discipulos, homines, inquam, in
defendendis erroribus pervicaci animo, eaque impudentia,
ut Dogmaticis Pontificum Bullis, ab universa Ecclesia receptis
obtractare, immo vero resistere audeant, hi decretum istud ad
astra ferent; ut ad inferos constitutionem Unigenitus detudant.

Jansenismum nihil esse aliud, quam Molinistarum Phan-
tasma, sententia est, quæ in plurimorum ore versatur. Sententia
sanè perniciosa, falsa, hæreticaque; quid enim: aiemusne tot
Episcopos, Pontifices tot, Ecclesiam ipsam qui in hanc Hæresim
strenue dimicaverunt, aëra diverberasse, ac Phantasma quoddam
debellandum sibi proposuisse? at qui ipsi huic sententiae ab hac
damnatione amplius robur accedet. Nam si decreto huic stamus,
ab omni Jansenismi suspicione vacat Norisius, Sexy, alijque
id genus homines: adfirmabunt alij à P. de Colonia injuria Jansen-
ianis adnumerari Abbatem S. Cyzani, Arnaldum, Nicolium,
Paschalem, Jueninum, ceterosque ad unum omnes: Romamque

hos quoque ab Jansenismi nota vendicasse, dum Bibliothecam illam legi vetuit. Quid ergo Jansenismo fiet, quem qui secutus fuerit, ostendi nemo possit?


Ad hæc accedit damnationis istius conditio. Ab Janseniana Bibliothecæ lectione arcentur fideles, quocumque illa idiomate scripta sit. Epistolæ Provinciales, famosæ illæ Epistolæ, quibus ne seculares quidem Magistratus pepercerunt, leviozem Romæ retulere condemnationem: et si Jansenianum virus plenè continerent, non ille centè conceptis verbis proscribuntur, in alias à Gallica, qua primo editæ sunt, linguas conversæ.

Verùm quod Jansenistarum triumphum cumulat, illud est: Romæ P. de Colonia Bibliothecam nigrotheta notatam fuisse: ab omni autem Romana censura immunem hæctenus evasisse libellum, quo illam confutare adgressus est scriptor Jansenianorum impudentissimus: quot in eo volumine (Deum bonum!) in Jesuitas contumeliæ! quot aperte Hæreses! quot in Clementem XI., in Bullam Unigenitus, in Romanam Sedem convicia, probraque! Quis igitur non videat, Jansenianis occasionem hinc præberi causam suam vehementius, graviusque defendendi? Molestius quid dicam: quibus tandem perditus, hic sectæ illius Apologista utitur argumentis, quò inter Jansenianos, à P. de Colonia eos, qui Orthodoxi fuerint, per summam calumniam adscriptos fuisse persuadeat? Jansenismum nusquam extare ait. In hanc Hæresim Romæ ire nequaquam potest, tibi assentior: dicent tamen Janseniani, necessariam hanc esse ejus damnationis consecutionem, Romamque, et si stare se pro illa sententia palam non pronuntiavit, ab eâ tamen tacitè

non abhorreere.

Ecce tibi quas in angustias, calamitates que longe miserias injiciant nos Italiae Dominicani: auctoritate, qua in Romanis Indicis, & S. Officij Congregationibus valent, universo Regularium coetui gravi noxiaeque nunquam non abutentes, ad S. Sedis perniciem, ubi sua id exposcere videantur consilia amicorumque suorum AntiMolinistarum negotia, atque utilitates. Faxit Deus, ne in deteriora labamur, paucae enim, à non multo tempore hebdomadae efflunt, quibus constitutioni Unigenitus infustum quidpiam, perniciosumque Romanis non perferatur: Dum interea Episcopi nostrorum Jesuitis studio omni contendunt, ut Schismaticorum in illam tela repellant. Deum optimum maximum precare, ut Ecclesiae suae misereatur, cura autem ut Belgas tuos infirmo animo, alacres efficias in hac Romana Regularium quorundam persecutione, quam Catholicorum nemo timendam sibi duxisset. Vale.

Parisij XII. Kal. Decemb. 1749.



SORBONICI DOCTORIS
AD REVERENDISSIMUM
RICCHINIUM

SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS
SECRETARIUM

GRATIARUM ACTIO,

Quòd Epistolam Sorbonicam Nomine S. Congrega-
tionis proscribendo egregiè confirmaverit.



QUI te, tuumque insignem Ordinem diligunt, spe-
rabant, post Doctoris Sorbonici admonitiunculam,
fore, ut de Censurâ in approbationem Apologiæ
Fratris Berti per te latâ, typisque editâ, totque
conviciis ex eâ, veluti de plastro, jactatis in fan-
tissimum, doctissimumque Archiepiscopum Viennensem, tan-
dem vehementissimè pœniteret, & *Danielis Concina* nescio cu-
jus domesticum exemplar secutus, *publicam Retractionem*
emitteres: Proscriptionem sollicitares Annalium Bzovii Domi-
nicani in Franciscanum Ordinem virulentissimorum, cùm itâ
delicatus fueris, ut Bibliotheca Janseniana commemorati No-

rifii nomine (a) te gravissimè offenderit : Multò autem magis Prælectiones Serrii configendas curares, quibus Ecclesiæ Autoritas in definiendo factò Janseniano tribus continuis Prælectionibus ex instituto impugnatur. (b)

Hæc dissimulasti omnia, neque ipsa Episcopi Antisiodorensis, Notorii Appellantis scripta te pupugerunt, in quibus Benedictum XIV. egregiæ Eruditionis Pontificem, suis Jansenistis temerè accenset. Sorbonicam Epistolam, nequidquam repugnante Eminentissimo Querinio Congregationis Præfecto proscribi voluisti, hujus magni criminis ream, quòd manifesta in eâ veritas tibi tuisque odium pareret.

Quapropter gratias tibi ago maximas, quòd Epistolam invictò Argumento confirmaveris : palamque feceris, quod jure optimo Germania, Polonia, Hungaria, Gallia, Hispania, Lusitania, Italia etiam ferè omnis, Decreta hæc vestra, sive Inquisitionis, sive Indicis, sive Magistri sacri Palatii nomen


(a), Historia Pelagiana, & Dissertatio de Synodo quintâ Oecumenicâ FF. Auct. P. M. Henrico de Noris Veronensi Augustiniano Patavii 1673. Nota : *Que cette Histoire de l'Herésie Pelagienne, composée par le Cardinal de Noris, a été par trois fois déferée au S. Siege, mais qu'elle n'a jamais été condamnée :* Hæc illa sunt temeraria in Norisium, ob quæ Bibliotheca Janseniana, typis in Galliis ac Belgio pernecessarium dignum Richino visum est, quòd proscriberetur. Credent hæc posterì? omnino : Si meminerint Ludovici XIV. scribentis ad Cardinalem de la Tremolle. *Jansenista & qui Romæ sunt, eorum Fautores præsidium aliquod quærunt apud Pontificem.* Hist. de la Const. Unigenitus M. de Sisteron l. 1. ad an. 1712.

(b) Volumine IV. Edit. Ven. an. 1742. Disp. 3. Prælectione VI. quærit; „ Num Romani Pontifices, & Concilia Oecumenica infallibilitatis Privilegio gaudeant, cum de facto Doctrinali judicium ferunt?

„ In hæcce salebrosâ controversiâ... facta alia historica, seu personalia, alia dogmatica, vel doctrinalia nuncupantur, ac etiam textualia.... An in eo, vel isto contineatur, scripto vel libro dogma illud, quod aliàs liquet esse hæreticum? pag. 127 quâ in re negantem partem amplector, nullumque hujusmodi Privilegium agnosco, imò & Romanos Pontifices, & Concilia Oecumenica errori, ac deceptioni obnoxia puto, ubi de factis doctrinalibus subobscuris agitur è sacro etiam Tribunali judicandis, ac definiendis. pag. 128. Et infra pag. 129. adducitur unâ cum aliis in exemplum. Vel ipsius, inquit, Janseniani facti definitio, de quo tot ac tantæ ætate nostrâ excitatæ sunt turbæ. Subsequens Prælectio VII. hunc habet titulum. *Eadem sententia multis exemplis confirmatur : VIII. autem Prælectio sic inscribitur. Contrariis argumentis occurritur.* Audi jam Ricchine Frater. Hæc Serrii tui Doctrina si prava est, ac turpissimè erronea, cur ab octo jam annis per Italiam cum plausu vulgatur, Reverendissimo quidem Ursio antea, nunc te, adhuc post admonitionem Sorbonicam tacente, ac protegente? & hoc ipso quidem tempore, quo Urbem malo æstro percitus circumcurfasti, ut non modò proscriptione inureres, sed si fieri potuisset, flammis etiam tortoris manu excitatis addiceres Epistolam; nullo certo errore infectam; at quæ abusum potestatis invisâ sibi veritate exprobraret? sin autem Sanctum & Catholicum est, quod Serrius docet, cur à 100. ferè annis Belgium & Galliam nostram tot turbis permiscuit Apostolica Sedes, ut ad eam Doctrinam ejurandam Formulario Alexandrino adigeremur? cur eam in famoso conscientiæ casu damnavit celebris Bulla *Vineam Domini Sabaoth*? cur & censuris & dignitatum privatione, ipsaque exilii poenâ cogimur, ut ex animo damnemus, velut hæreticum Jansenii librum juxta Ecclesiæ definitionem, quam Serrius in oculis ipsis Italiæ, atque adeò Urbis propugnat esse deceptioni obnoxiam, atque errori? num in vobis feliciter artes illæ cesserunt, quibus jamdudum Romanam Curiam decipitis, ut hoc etiam suaseritis Hæreticum esse in Belgio & Galliâ, quod in Italiâ Catholicum sit?

affigatis, in iis præcipuè, quæ factiones vestras tangunt: non Apostolica, sed Dominicana Decreta, & vocent, & esse re-ipsà existiment: quòd illorum Decretorum eam rationem habeant; & donec ad Prælatos Romanos hæc munera non transferantur, eam etiam rationem sint inposterùm habitura: quam merentur non Apostolica, sed Dominicana Decreta privatis studiis, commodis, factionibus inservientia.

Perlatum in Galliam est, te publico scripto testatum esse, quòd si fortè nomen meum innotuerit, *totâ urbe sim decantandus*. Audio vocem Dominicanæ in Romanâ Urbe Tyrannidis: cui unum repono. Si quæ de te in Romanâ Dominicanâ Curiâ nuper *Assistente*, Fratres ipsimet tui deprædicarunt, & verò deprædicant, ea scripto complectar; vide, mi Ricchine, ne *toto orbe canteris*.



affigatis, in his precipue, que rationes vestras tangunt: non
Apostolice, sed Dominice Decretis, & vocent, & esse re-
tas existant: quod illorum Decretorum eam rationem ha-
bent; & donec ad Patris Romanus hoc munus non tran-
situr, eam etiam rationem sine ipsorum habitum: quam
trahunt non Apostolice, sed Dominice Decretis privis su-
dis, commotis, rationibus inveniatis.

Perlatum in Galliam est, et publico scripto testatum esse,
quod si forte nomen meum inveniatis, tunc ubi sum de-
ceterum Audio vocem Dominice in Romana Urbe Tyran-
nidis: cui nunquam respondeo, si que de te in Romana Domi-
nicana Curia nuper scripta, Patris ipsius in decretis
tunc, et tunc deprecantur, et scripto completam, vide
in Michine, ne tunc esse certum.



ROMANI PHILALETHIS
AD THEOLOGUM LOVANIENSEM
EPISTOLA

De iusta Bibliotheca Jansenianae proscriptione.

Et. J. A. Carl. Guld. Gm.



Et. Th. Augustinus Richthaus
Ord. Præf. S. C. Secret.

Decretum Sacrae Congregationis Eminentissimorum, & Reverendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium a Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO Papa XIV. Sanctaeque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorundemque prohibitionem, expurgationem, & permissionem, in universa Republica Christiana specialiter deputatorum, ubique promulgandum.

S*acrae Indicis Congregationis Decreto damnatus, & prohibitus fuit ubicumque, & quocumque idiomate impressus, imprimendusve, Liber, cui titulus: Biblioteque Janseniste, ou Catalogue alphabetique des Livres Jansenistes, Quesnellistes, Bajanistes, ou suspects de ces erreurs &c. A Bruxelles 1744. & alibi, tamquam plura continens respectivo falsa, temeraria, Scholis, & Scriptoribus Catholicis, etiam Ecclesiastica dignitate eminentibus, injuriosa, & Apostolicae Sedis Decretis adversantia. Nemo itaque, cujuscumque gradus, & conditionis, praefatum Librum vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis, a praesentis Decreti notitia, tradat sub poenis in Indice Librorum prohibitorum contentis. Quibus per me infra scriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO Papa XIV. relatis Sanctitas Sua Decretum Sacrae Congregationis approbavit, & publicari jussit. In quorum fidem &c.*

Romae in Palatio Apostolico Quirinali, die XX. Septembris 1749

Fr. I. A. Card. Guadagni.

*Fr. Th. Augustinus Ricchinius
Ord. Praed. S. C. Secret.*

(III.)

NON unum illud, quod ad me misisti, apparuit in Urbe exemplum Epistolæ Doctoris Sorbonici ad amicum Belgam, qua damnata non ita pridem a Sacra Indicis Congregatione Bibliothecæ Jansenisticæ Decretum inique proscinditur: alia multa circumferuntur missa ad Cardinales, aliosque viros, qui quanto cum stomacho, quantaque cum indignatione scriptum legerint cum ineptum, & insulsum, tum temeritatis audaciæque plenum, dici vix potest. Improbus ille qui confecit, cum parum ad eam, quam sumit, Doctoris Sorbonici personam accommodate loquatur, perfecit omnino ne ibi, & a quo credi vellet, eusum fuisse putaretur, & ipse diu latere non possit. Varias propterea in animis hominum suspiciones disseminavit, quas ego, quoniam mea, atque, ut puto, tua parvi interest verum nosse auctorem, silentio prætereo. Caveat tamen is, quisquis fuerit, sibi que prospiciat: nam si, quod fieri posse audio, certis prodatur indicis,

Flebit, & insignis tota cantabitur Urbe.

Putavit fortasse vefanus Auctor scriptum Christiano homine indignum minus fore invidiosum, propterea quod unum illum, qui Congregationi est a secretis Reverendis. Ricchinium videri velit læcessere, atque infectari; sed eo visus est omnibus bonis deterius fecisse, quod viam sibi, & improbo cuique patefecit ad ipsam Cardinalium Congregationem, & Pontificem O. M. per latus Administrum impune feriendum. Neque enim ignorare poterat equæ sint in ea Congregatione Ricchinii partes. Quid? si ille non consuli se, cum Libri damnantur, non ullum diceret ferre suffragium; sed Libros, qui accusantur, dumtaxat ad Censores transmittere, & postquam illi ad Congregationem retulerint, decretum, quod uni Cardinales pronunciarunt, in tabulas referre; nonne in ipsam Congregationem, nonne in Pontificem ipsum manifestum esset omnia recidere maledicta? Itaque nihil Auctori Epistolæ prodest in Ricchinium, quod ipsum tamen indignum, ac temerarium est, tam multa invehi; ejusque fraudi, invidiæ, & livori decretum, quod illi displicet, imputare. Nemo enim dubitat quin illud non Ricchinium, sed Sacra ediderit Congregatio, & Pontifex ipse jusserit promulgari.

At qui Pontifex? Doctissimus ille quidem, ac solertissimus, ingenti acie omnia pervadens ac circumspiciens, & quo, ut ipsi fatentur Hæretici, (a) non ullus multis ab hinc annis omni genere Doctrinarum ornatior Sedem Apostolicam occupavit. Ab hoc Pontifice Ricchinii artibus, ait Epistolæ au-

A 2

ctor.

(a) Pfaffius dissert. Theolog. de Pict. Imag. Sanctissimæ Trinitatis. Vide etiam Act. Erudit. Lipsiæ MDCCXL. & seqq.

(IV.)

ctor, circumvento, atque insidiis irretito extorta est Bibliothecæ Jansenisticæ proscriptio. Possum ego putare virum esse catholicum, qui Romanum Pontificem, sive ille sit, sive non sit doctus, cum Fidei, & Reipublicæ Christianæ negotia tractat, Administri fraudibus dicere audeat circumveniri, decipi, circumduci? Quid speramus fore deinceps in Religione tutum hac via improbis hominibus ad maledicendum, & Romæ decreta contemnenda patefacta? Idem vero jactatum in BENE-DICTUM XIV. quale tandem convicium est? quæ injuria? quæ contemptio? Hic tantus Pontifex tam exigue sapere visus est Scriptori maledicentissimo, ut quid contineretur Bibliotheca Jansenistica ad diligentissimum Congregationis examen deducta ignoraret prorsus, neque posset quin Ricchini fraudibus caperetur de ea judicare. Huic Pontifici, quo e manibus imperitorum Librum eriperet exitiosum, necesse fuit Ricchinium imponere, atque insidiari. Quid posset e grege Lutheranorum Scriptor deterius in Pontificem Romanum jactare?

Et vero si Liber aliquis minus jure Pontificis jussu fuisset a Congregatione proscriptus, æquum erat, virum catholicum moderate ferre, atque ab injuria, & contumelia sibi temperare: quanto vero magis cum justissima fuerit Bibliothecæ Jansenisticæ condemnatio? Dicam tibi de ea quod sentio, & optimum quemque sentire video, liberius quam illi hactenus dixerim. Cum primum edita fuit, nemo Coloniae diligentiam in Libris notandis qui pravitate Jansenisticæ doctrinæ essent infecti non laudavit, nemo non vituperavit licentiam, & temeritatem qua usus est in reponendis eodem numero plerisque virorum catholicorum Libris ob quasdam opiniones quæ non modo damnatæ non essent, sed libere a scholis catholicis, & quod majus est, Romæ sub oculis Romanorum Pontificum publice defenderentur. Id enim agere, præterquam quod injuriosum erat catholicis viris, putabant non licere Coloniae per leges Romanorum Pontificum Innocentii XII. Clementis XI. itemque XII. qui cum viderent esse, qui temere invidiosa Jansenismi accusatione abuterentur, & saniores Augustinianæ, Thomisticæque Scholæ opiniones, quo suas melius tuerentur, Jansenii, Quesnellique erroribus affines esse prædicarent, indignum judicarunt, præclarissimas Scholas obnoxias esse calumniæ, & malitiosam coerceri debere accusationem. Quare prohibuerunt gravissima proposita pœna ne quisquam disputando, aut scribendo auderet earum Scholarum opiniones ulla ejusmodi afficere censura. Digni profecto erant tres isti Pontifices quibus Colonia homo privatus, scriptor exigui nominis obtemperaret. Obtemperavit autem? Nemo fortasse eorum decreta, quæ justissima erant, minoris fecit, & impudentius violavit.

Mul-

(V.)

Multos ille Scriptores Catholicos, vestrae praesertim Academiae Lovaniensis, Baji, Jansenique discipulis adnumeravit, propterea solum quod opiniones defenderent aut de victrici, minimeque necessitante delectatione; aut de actionibus deliberatis in Deum cum aliquo amoris initio referendis; aut de eodem Charitatis amore cum attritione supernaturali in Sacramento Poenitentiae conjungendo: quas opiniones cum nunquam Sedes Apostolica reprobarit, certumque sit ab omni distare periculo, magna insolentia est privatum audere notare, & Haereticis, qui defendunt, accensere. Multo vero major, quod Romani Pontifices, id ne fieret, vetarunt. Potes ipse per te, si vacat ac lubet, videre quot, qualesque viros, quod eas tuerentur opiniones retulerit Colonia in numerum Jansenistarum. Non debuit autem tandem aliquando damnari liber, in quo auctor insigni temeritate, dolo malo, incredibili audacia viris catholicis errores, atque haereses affingit? Non debuit coercedi arrogantia, qua non solum judicium antevertit Ecclesiae, sed contra etiam quam ipsa sanxit, in suspicionem vocare nititur Scriptores innocentissimos, quorumque doctrina nulli est obnoxia censura?

Eos autem, qui aliquando accusati, sapientissimis viris, quorum interest judicare, abesse visi sunt a pravitate doctrinae audere in numerum Haereticorum referre quae perversitas est? Loquor ego de Norisio, in quo uno violando execrabilis mihi videtur, & minime ferenda Coloniae temeritas. Fatetur ipse ter ejus scripta ad Romanae Inquisitionis Tribunal fuisse delata, ter item cognita causa dimissa fuisse sine censura. Qui quidem vir non solum post accuratum operum suorum examen notatus non est, sed etiam magno praemio a Pontifice Romano cumulatus. Nam Cardinalis creatus est, cooptatusque in illud ipsum, apud quod accusatus fuerat, Cardinalium Inquisitorum Collegium, splendidissimum semper, ut eum appellat BENEDICTUS XIV. habitus est lumen Apostolici Senatus, & quod minoris non facio, commendatissimus praconiis omnium Litteratorum. Posses tu, possem ego, posset quivis alius, si Jansenismi accusaretur, his, quibus absolutus est Norisius, melioribus indiciis, sanctioribusque testibus cupere absolvi? Ego certe non cuperem. Nam video magnum Athanasium (a) non alia ratione Sanctum Dionysium Alexandrinorum Episcopum vindicasse ab Arianorum calumnia, quam quod nunquam ille vir impietatis, cujus insimulabatur ab Haereticis, convictus fuisset ab Episcopis, ejusque memoria, perinde ac caeterorum orthodoxorum Patrum, celebris hactenus haberetur. *Hoc unum, aiebat Athanasius, magno est argumento, nihil Arianos veri dicere, & calumniis conari premere virum.* Non sic agitur hodie: non idem

(a) S. Athan. Epist. 2. de sententia Dionysii Tom. I. opp. A 3 quod

((VI.))

quod Dionysio profuit, videmus prodesse Norisio. Hic tantus vir, hic Scriptor egregius, & Cardinalis celeberrimus inter Bajanistas, & Jansenistas, agente Colonia, comparet, & qui Summis Pontificibus, qui Romanæ Inquisitionis Judicibus Eminentissimis, qui denique eruditis Theologis, atque omnibus bonis visus non est malam tueri doctrinam, visus est Colonia, videtur Auctori Epistolæ: qui duo plus vident quam viderint Pontifices, Cardinales, Theologi, Censoresque Romani. Ecquis autem ferre hanc tantam audaciam poterit, quæ spreto alienæ innocentiae gravissimo indicio, ne tantorum quidem virorum existimationi parcit ac famæ? Cui autem minus ferenda quam Indicis Congregationi, si quidem suam tueri vellet Regulam, (a) qua vetat tolerari Libros, qui famæ proximorum, præsertim Ecclesiasticorum, detrahunt? Nihil est autem quod majorem Catholici atque Ecclesiastici-Scriptoris famæ labem inurat, quam eum in suspensionem hæresis vocare, præsertim si fiat dolo malo, & non apud eos, quorum interest judicare, legitime accusetur. Postquam autem accusatus fuerit, & minime condemnatus, quæ improbitas, quæ iniquitas est, optimo spreto iudicio perseverare illum apud vulgus rerum imperitum traducere?

Etsi autem ob unum Norisium tam gravi injuria affectum, Pontificesque Romanos, & Cardinales a Colonia contemptui habitos satis juste apparet Bibliothecam Jansenisticam fuisse proscriptam; cave putes alias deesse causas cur damnari oporteret. Quid enim, ut aliquas speciminis loco commemorem, quid peccavit Cardinalis Bona, quid Episcopus Genettus, ut hos quoque Colonia Jansenistis confociaret? Cardinalis Bonæ, ait Colonia (b), damnata Romæ fuit Epistola quædam. Quæ Bonæ Epistola? Scilicet illa, quæ scripta ad Philalethem Eupistinum, Bonæ revera sit, an sit dubitare se dicit. At non erat profecto cur Colonia dubitaret. Hanc Bona vere scripsit Epistolam ad Philalethem, quo nomine latet Theologus Belgæ nescio quis, cujus scripta vindicaverat a censura Cardinalis doctissimus. Sed cum in eam Epistolam Anonymus quidam, idemque Jansenismi suspectus commentationes quasdam parvo libello vulgasset, hunc, non Epistolam Bonæ, Romana damnavit Inquisitio, propterea sic in Indice: *Liber cui titulus Epistola sub nomine Eminentissimi D. Jo: S. R. E. Cardinalis Bona approbans doctrinam Philalethis Eupistini*. Nunc adverte animum. Agitur de viro insigni, de Cardinali Bona Hæreticis annumerando; & hac utitur diligentia Bibliothecæ Jansenianæ Collector: qua putas usum fuisse, cum tot alios minorum gentium Theologos in eam conjecit?

Dignus

(a) S. I. de correctione Librorum Reg. xi.

(b) Tom. I. pag. 170. num. LXVIII.

(VII.)

Dignus etiam Genettus erat, qui inter Jansenistas non censeretur. Hunc ad scribendum Moralem Theologiam impulere, ut constat inter omnes, Camusius, & Grimaldus Cardinales. Ad id vero, quod cœperat, persequendum hortatus vehementer est, qui tum Indicis Congregationi erat a secretis. Ejus Theologiam probavit Romæ Cardinalis Capisuccus cum esset Sacri Palatii Magister: editas vero contra primam, & alterum Volumen animadversiones reprobavit Sacra Inquisitionis Congregatio. Eamdem vero Theologiam doceri voluit in Seminario Montis Falisci celebris, ac venerabilis Cardinalis Barbadicus. Hæc, quæ Typis vulgata neminem latere poterant, unus ignoravit Colonia, Genettumque cum Jansenistis conjunxit. (a) Accipe causam. Abest ille quidem doctissimus Episcopus ab omni Janseniana pravitate, quam longissime; at quia Probabilissimum refellit, mollioresque Casuistas infectatur, par est ut in Jansenistis numeretur. Itane vero agendum cum Norisio, cum Bona, cum Genetto? Itane cum sanctissimis Episcopis, & Cardinalibus, ut aliorum ordinum Theologos, Scriptoresque prætermittam?

Quid ego tamen Episcopos, & Cardinales commemoro? Habeto, quoniam in hunc locum perveni, reverentiæ, egregiæque fidei Bibliographi Jansenistarum cum de Sanctis Ecclesiæ Doctoribus ageretur exemplum unum, & alterum. Statuit (b) a damnata Richerii doctrina nihil distare Favuellum. Nosti quamobrem? quod doceat *pertinere ad multitudinem leges condere, vel ad eum qui curam habet multitudinis.* Quid si conceptis verbis idem doceat Thomas Aquinas? (c) Quid si Aquinatem omnes sequantur Theologi, Jurisque periti? Vides aut summam inscitiam, si hæc ignoravit, quæ omnibus Theologis sunt in ore; aut, si ignoravit, summam improbitatem, quod per eum, qui expressam afferebat Sancti Thomæ sententiam, conatus est Angelicum Doctorem in numerum referre Jansenistarum. Horum utrum sit, pete a Colonia.

Idem te docebit, quid sibi velit, cum relatâ Romanis litteris hac Episcopi Castoriensis propositione (d) *Catholici colunt Sanctos in celo commorantes eodem modo quo colunt Sanctos hic in terra exulantes,* absurdam esse pronunciat, eique Calvinianos omnes non egre subscripturos asseverat. Utinam vero tam parati, atque Colonia sibi fingit, aut credit, forent omnes Calvinianæ Sectæ homines ad subscribendum huic sententiæ. Et miror sane,

A 4 ne,

(a) Tom. II. Biblioth. Jansenist. pag. 208. num. LXXI.
 (b) Tom. II. Bibliothecæ Jansenist. pag. 75. num. LXXI.
 (c) S. Th. 1. 2. quest. XC. art. 3. in corp. hæc scribit: *Condere legem, vel pertinet ad totam multitudinem, vel pertinet ad personam publicam, quæ totius multitudinis curam habet.*
 (d) Tom. II. Biblioth. Jansenist. pag. 22.

(VIII.)

ne, virum catholicorum dogmatum tam imperitum, quique per summam incitiam, quæ Ecclesiæ Romanæ propria sunt, putat esse Calvinianæ, ausum esse se se ad scribendum conferre, docendumque, (a) ut ipse pollicetur, & jactat, populum Christianum, qui possit Evangelium Christi secernere ab Evangelio diaboli. At si erat ipse Evangelii Christi tam imperitus, ut plane confunderet cum Evangelio diaboli, debuerat prius Bellarminum legere Instituti sui Theologum, quam in publicum prodiret ad dedocendos Christianos Doctrinam Catholicam. Ex eo didicisset (b), in eo errore fuisse Calvinum, ut omnem cultum civilem, ac religiosum Sanctis in cælo negaret adhibendum; neque tam facile, ut asseverare audet, Calvinistas subscripturos propositioni Episcopi Castoriensis, quæ vera, quæ catholica est, quæque ab omnibus docetur Ecclesiæ Romanæ Theologis. Age vero: quo nititur Episcopus Castoriensis auctore? cujus adhibet verba? nonne ipsam recitat Augustini sententiam? Nonne hic illius propositionis est auctor gravissimus? Sic est: (c) nihil horum non vidit, aut videre Colonia non debuit: sed non putavit Evangelium Christi recte posse secerni ab Evangelio diaboli, nisi D. Thomam cum Richerio, cum Calvino conjungeret Augustinum. Ecquæ non erunt, si hæc non sunt, errata, atque absurda, ob quæ tandem debeat Liber aliquis malis annumerari atque inter perniciosos referri? Horum tamen Coloniæ peccatorum, ejusque malæ fidei, incitiæque exemplorum videbis propediem mirificam copiam, si, quod magnopere suadeo, volet amicus meus, qui collegit, in vulgus edere. Quare mitto modo de cæteris ejus multis, & magnis erratis dicere, de quibus dicetur ab amico copiose, & accurate.

Ad hæc pauca tamen quæ commemoravi, nescio quid possit auctor Epistolæ reponere, nisi, quod in ea facit, eo confugiat: Coloniæ fuisse consilium recensere in eo Libro non solum certos,

(a) Quem sibi scopum proposuerit P. Colonia in scribenda Bibliotheca Janseniana, ipse in operis Præfatione declarat his verbis: „ Que peut on faire de mieux que de faciliter a toutes sortes de personnes le moyen de discerner la zizanie d'avec le bon grain; & „ l'Evangile du demon, de celui de Jesus-Christ, selon l'expression „ de Saint Jerome: De Evangelio Christi Evangelium est diaboli. C' est ce qu' on a fait avec soin dans cet ouvrage, & voicî „ l'obiet qu' on s'y propose. „

(b) V. Bellarmin. de Sanct. Beatit. Lib. I. Cap. XI. & XII.

(c) Colimus ergo Martyres eo cultu dilectionis & sanctitatis, quo & in hac vita coluntur sancti Dei homines, quorum cor ad talem pro evangelica veritate passionem paratum esse sentimus; sed illos tanto devotius, quanto securius post certamina superata &c. D. Aug. Lib. XX. contra Faustum cap. 21. (b)

(IX.)

& minime dubios Jansenistas, sed eos etiam, qui insimulati, aut in suspensionem erroris vocati aliquando fuerunt; propterea Norisium, Genettum; ceterosque horum similes non prætermis-
 sisse. Sed quid Colonia, quid auctor Epistolæ diceret, si quis-
 piam, concinnata Bibliotheca Pelagiana, aut Semipelagiana, in
 ea Molinam, qui apud Sanctam Sedem accusatus hujus hæresis
 est, nequedum innocens a judicio dimissus, reponeret? Quid
 si Vasquesium a Suaresio, (a) atque hunc vicissim a Vasquesio
 in ejusdem hæresis suspensionem adductum, deinde horum duo-
 rum, & Molinæ omnes discipulos Semipelagianis accenseret?
 Placeret ne consilium, quod ille habuisse se diceret patefaciendi
 cum certis, tum dubios, & suspectos Semipelagianos? Ego vero
 quin expectem quid isto ingenio homines dicturi pro Molina
 sint, satis intelligo consilii Coloniae improbitatem, quæ una
 causam continet, cur millies Bibliotheca Jansenistica proscriba-
 tur. Non enim hodie parum abest, quin accusetur, vel in suspi-
 cionem vocetur, sed accusatur re ipsa, & in suspensionem Janse-
 nismi vocatur quicumque repadiato, ut licet, ac decet, Moli-
 na, doctrinam tuetur sanioris Scholæ Augustinianæ, vel eas,
 quas supra indicavi, Lovaniensis Academiae vestrae opiniones de-
 fendit. Incredibilis est enim omnium imperitorum accusandi li-
 bido, qui jam pene in Symbolo Apostolorum videntur sibi Janse-
 nismum videre; neque possum non mirari Cardinali Thomasio
 viro Sancto, atque eruditissimo, qui Laderchio in suspensionem
 venit Jansenismi, Coloniam pepercisse. Dignus scilicet erat qui
 cum Norisio, & cum Bona in ejus Bibliotheca conjungeretur.
 Itaque si, ut quispiam locum habeat in Bibliotheca Jansenistica,
 sufficit eum semel accusari, aut in suspensionem adduci Jansenismi,
 illi uni locum non habebunt qui Molinam sequuntur, illi uni,
 qui, quæ Molinianis non placent, oderint opiniones. Fac enim, ut
 significantius, quod volo, dicam, esse in aliqua Civitate Episcopum
 Molinianis devotum opinionibus; quot, bone Deus, erunt in ea-
 dem Jansenistæ? Erunt omnes Augustiniani. Erunt omnes Do-
 minicani, cæterique Thomistæ. Erunt omnes qui Molinæ nolent
 assentiri. Quid ego tamen Molinianum Episcopum quæro, ut tibi
 quam facile Jansenismi confletur invidia demonstrum? Vide quid
 agant, cum purioris Augustinianæ Scholæ sunt Episcopi imbuti do-
 ctrina. Nonne hos ipsos audacissime oppugnant, & calumniose
 traducunt? Non ignoras tu quidem quæ acta non ita pridem sunt ad-
 versus Turonensium Archiepiscopum virum doctissimum, impri-
 misque

(a) Suarez Lib. IV. de Gratia cap. 14. & 15. num. 19. per opinionem
 Vasquesii non satis vitari Semipelagianorum doctrinam, neque recedi a sen-
 tentia Cassiani & Faustii, aperte scribit: Vasquez vero in I. P. disp. 91.
 cap. 12. num. 98. opinionem Suaresii vocat assertum, quo multi Massilien-
 ses contenti essent.

misque studiosum Sedis Apostolicæ. Hunc, quod edita de Justitia Christiana Pastoralis Institutione quasdam docere videretur Augustinianas opiniones, & malignis censuris, editisque Libellis furiosissime appetiverunt, & Constitutionis *Unigenitus* violatorem, fautoremque Baji, & Quesnelli insimulare non dubitarunt. Vicit quidem, repressitque importunos accusatores doctissimi Præfulis innocentia, & causæ bonitas; idem tamen duobus, aut summum tribus ab hinc annis in Bibliotheca Jansenistica, si tum quidem edenda foret aucta, ut tertio jam, vel quarto factum est, novis Jansenistis, procul dubio compareret. Quidni? Accusatus aliquando fuit: non omittendus idcirco ab iis qui recudendæ, augendæque Bibliothecæ curam susciperent. I nunc, & viso ne his quidem parci summis, & sanctissimis viris dum vivunt, spera, si potes, tutum a periculo fore quemquam alium privatorum hominum, nacti cum fuerint hi malitiosi Jansenistarum censores suarum partium Episcopum.

Potest etiam, quid cuiquam timendum sit, ex eo cognosci, quod non ita pridem accidit Berto Cl. Augustiniano Theologo. Nosti? Ne illi quidem, qui Romæ scribunt, quorumque scripta a Magistro Sacri Palatii, & ab iis, quibus ipse mandat, doctissimis Theologis, probata fuere, tuti sunt a calumnia. Et tamen non facile eduntur Romæ Libri, qui possint hæresis merito accusari, & miror, cum accusantur, Romæ taceri. Sed de Berto dicam postea. Intellige modo quam parum pro sano respondeat Epistolæ auctor, cum propositum Coloniae fuisse dicit, non solum certos, sed etiam suspectos, & semel accusatos Jansenismi in sua Bibliotheca recensere: quasi vero in tanta accusandi licentia, quanta nequit verbis exponi, quantamque in dies videmus percrebescere, ferri æquo animo posset, esse unum, qui accusationes monumentis mandaret litterarum; atque ita mandaret, ut accusationes sæpe probando, nunquam refellendo, accusatorum autem præjudicia, inscitiam, malitiam, & partium studia semper prætereundo, nunquam innocens appareret, qui semel fuerat accusatus.

At non erat, inquit ille, Coloniae expectandum Sedis Apostolicæ iudicium, ut quæ Norisio, Genetto, aliisque Scriptoribus contigerunt, narraret: quare nihil, si narravit, contra Sedem Apostolicam peccasse videtur. At si narrare tantum volebat, & rei litterariæ Historicum agere, cur in Bibliothecæ præmio denunciavit id se præstiturum, ut antidotum paret Christianis, impurosque fontes ac veneno illitos, qui jam multos infecerunt, commonstret? Cur addidit, velle se omni personarum generi regulam exhibere qua triticum a zizaniis, & Evangelium Christi ab Evangelio diaboli secernant? Erat ne operæ pretium hæc præstare volenti viros catholicos, & Scriptores innocentissi-

centissimos cum Hæreticis confundere? Nonne sic triticum cum zizaniis, Evangelium Christi cum Evangelio diaboli magis confunditur eo in Libro, in quo regula parabatur, qua facile discernentur. Fuerunt, inquit Colonia, ejusque vindex, illi quoque accusati Jansenismi, & propterea id quoque Lectoribus narrandum. At Regulam præbere qui vult omni generi personarum, qua Evangelium Christi discernant ab Evangelio diaboli, non id attendere debet, utrum aliqui accusati Jansenismi fuerint, sed magis utrum reipsa Janseniani sint: nam si revera non sunt, dum in eorum censum referuntur, ea proposita regula, turpiter decipitur, cum vult doceri, populus Christianus. Itaque cognosce improbam fraudem, & compositum horum Scriptorum ad fallendum ingenium. Vidit Colonia, si Norisium, aliosque viros Catholicos in Bibliotheca sua reponeret, futuros, qui id vehementer reprehenderent, & violata esse dicerent Romanorum Pontificum decreta: quare velle se dixit, non solum eos qui sunt, sed eos etiam qui esse Jansenistæ visi sunt, & in suspicionem hujus Hæresis aliquando adducti, in Bibliotheca Jansenistica reponere. Quo facto duo consequébat: nam erat, quod reprehensoribus responderet, se, quod Romani Pontifices non prohibuissent, narrare, eos Scriptores fuisse aliquando Jansenismi suspectos; unaque efficiebat, ut hæc in animis Lectorum perpetuo hæreret suspicio, cum, declarato regulam se velle præbere, quam indicavimus, & Scriptores illos Jansenistis adnumerando, significaret, quidpiam ei regulæ, quam constituerat abfuturum, si eos prætermitteret, esseque in iis aliqua zizania, & partem aliquam Evangelii diaboli. Hoc enim efficere Bibliotheca Jansenistica debebat, ut qui semel accusatus Jansenismi fuerat, nunquam innocens judicaretur. Jam vero quis erit innocens, si semel accusasse sufficiat?

Vide parem in auctore Epistolæ improbitatem. Colonia, inquit, nihil aliud egit, quam quæ Norisio contigerunt, referre. Idem paullo post, Sacræ Indicis Congregationis decretum consistere non posse, & nauci fieri debere impudentissime blaterat: *Nam si decreto, inquit, huic stamus, ab omni Jansenismi suspitione vacat Norisius, Serry, alique id genus homines. Adfirmabunt alii a P. de Colonia injuria Jansenianis adnumerari Abbatem S. Cyrani, Arnaldum, Nicolium, Pascalem, Juveninum, ceterosque ad unum omnes, Romamque hos quoque ab Jansenii nota vindicasse, dum Bibliothecam illam legi vetuit.* Intelligis modo quo pertineant eorum, quæ Scriptoribus contigerunt, malitiosæ narrationes? Non enim obscure loquitur. Velit nolit Pontifex, velint nolint Romanæ Inquisitionis, & Indicis Congregationes, non vacat a Jansenismi suspitione Norisius: neque magis eum poterit Roma vindicare, quam Sancyranum, Arnaldum, cæterosque Jansenistas.

stas? Sic est; si Pontificum opponis Decreta, respondent se, quæ in causa Norisii acta sunt referre. At si Romæ Bibliotheca damnatur, decretum nullum est: *Nam si huic stamus, ab omni Jansenismi suspicione vacat Norisius.* Hæcine a Romanis Judicibus dissimulanda, ac ferenda?

Huic autem incredibili arrogantia, his molitionibus, non potentia Dominicanorum, non eorum in Jesuitas livori debuerat maledicus Scriptor damnationem assignare Bibliothecæ Jansenisticæ. Neque enim tantus stupor, torpedo tanta sapientissimos Cardinales occupavit, ut, cum ipsi habiti sint a Colonia contemptui, vellent potius Dominicanorum, si quis esset, servire livori, quam sui Ordinis dignitatem tueri. Nemo tamen non videt hæc ab homine profligatæ conscientia, procacisque animi jactata impudenter fuisse ad conflandam Dominicanis invidiam. Sed ego Dominicanos omitto, qui, si putabunt e re, ac dignitate sua esse obscuro ineptoque Scriptori, ejusque maledictis animum advertere, defendent ipsi se, defendent suos. Docebunt auctorem Epistolæ, quamobrem non Gravesonius, non Concina, non alii damnentur, & doceri ab eo volent, num quisquam alterius Instituti, dignus qui damnaretur, accusatus propterea a suis fuerit, veluti Serrius ab Agnano Dominicano Bibliothecæ Casanateni olim præfecto. Non enim satis illis fuit Serrium, cum erravit, a Lucinio, & Vandendyckio item Dominicanis publice refelli, sed visum est præterea fore gloriosum sibi, si accusarent ipsi, & darent operam, ut damnaretur. Abundant illi hujus erga veritatem, erga Ecclesiam amoris, vindictæque in suos pulcherrimis exemplis, quæ non facile apud eos invenias qui cum soli sibi sapere videantur, errantes sodales suos etiam adversus Apostolicæ Sedis judicia magno Ecclesiæ scandalo pervicaciter, impudenterque defendunt. Hæc considerata prius fuerant Epistolæ scribillatori, quam compilatis ex proscripto Theophili Raynaudi Opusculo (a) eos lacefferet maledictis, rancidisque cantilenis, quæ nemo stomachans non legit, sciens a malevolo obtretractore esse profecta. Si autem livoris eorum, nimiaque potentia alia non assert exempla, quæ numquam afferet; hoc certe damnatæ Bibliothecæ Jansenisticæ, & hujus quodcumque simile numquam officiet gloriæ, & moderationi Dominicanorum, quorum opera sane utili, fideli, & sincera semper usæ sunt Romanæ Congregationes. Expedare autem a Dominicanis, ut minime malos suorum Libros propterea solum quod uni & alteri displicent, accusent ipsi, aut, quantum in ipsis est, patiantur ab aliis accusari, & prohiberi, injustum est, ac plane ridiculum. Quandoquidem autem Concina vehementer irascitur, quæsi quid rei essent Paradoxa, quæ illum tantopere urunt ac sollicitum habent.

(a) *Diatriba de Immunitate Ciriacorum.*

bent. Væ! non Concinæ, sed iis, qui vellent eum damnari, si liber iste ad Romanam deferatur Inquisitionem. Intellet Congregatio Eminentissimorum Judicum qui sint impudentissimi contemptores Decretorum suorum.

Multo etiam, meo iudicio, melius fecisset, si Berti Augustiniani Theologiam silentio præterisset, de qua magis incorrupte Romanos Censores iudicasse puto, quam ii iudicarent, qui eam Jansenismi, & Bajanismi infimularunt. Bertus, scripta apologia, Commentarios suos ab omni criminatione strenue vindicavit, ostenditque ab omni Baji, Jansenique errore vacuos esse, perinde ac vacua censetur esse multorum Societatis Jesu Theologorum, & Galliarum Episcoporum doctrina. Hanc Apologiam probavit Ricchinius, quem auctor Epistolæ contumeliosum fuisse arguit contra Archiepiscopum Viennensem, quem Libri contra Bertum scripti fuisse dicit auctorem. Id si verum sit, nescio plane quam apud eum, qui latere studuerat, gratiam inire possit: eo præsertim quod ab tali viro Sedis Apostolicæ maxime studioso, & cum Christianæ modestiæ, tum veritatis amantissimo credi non poterat scriptum cum Scholæ Augustinianæ, ejusque Theologis, tum Romanis Censoribus tam injuriosum esse profectum. Romæ certe ferebatur, atque etiamnum a plerisque creditur ejus Libri auctor Episcopi Rutenensis Theologus Molinianus; neque poterat Ricchinius, contra quam omnibus fere erat persuasum, divinare, non huic, sed Archiepiscopo Viennensi esse attribuendum. Poterat autem? Ne nunc quidem potest. Nam quæ prudentia est Anonymo Ecclesiæ decretorum violatori fidem adhibere? Hoc etiam ad cetera mala deesset, ut revereri deberemus omnes Anonymos, qui scripto lacescunt, eosque Episcopos, aut Archiepiscopos esse putare, quo liberior, & securior campus pateret Molinianis ad optimum quemque injuriis, contumeliisque impune oppetendum. Fac tamen auctori Epistolæ fidem esse adhibendam. Quid amplius dixisse invenies & quidem parce Ricchinium quod Bertus ipse uberius in sua Apologia, luculenterque demonstrat? Sed hæc ad causam non attinent. Illud tamen animadvertite, quo reprehensionem concludit Anonymus: *Ita scilicet Ordinem Episcopalem reveretur Ricchinius.* Næ dignam tali monitore sententiam! An non tibi videtur satis idoneus ad docendos alios erga Ordinem Episcopalem reverentiam? qui Pontificem, qui Cardinales, qui Romanas Congregationes horrendum in modum contempsit, earum Administrum commonefacit, ut Ordinem Episcopalem reveretur. Quid facias tam lepido capiti? Puto tamen Ricchinium qua est probitate, ac religione hunc ordinem revereri. Atqui multo magis Decreta Innocentii XII. Clementis XI. itemque XII. digna erant, quæ auctor, quicumque sit, Libri adversus Bertum editi revereretur, neque contra quam illi sanxerunt, Augustinianam Scholam inique traduceret, ejus-

ejusque præclaros Theologos Baji, Jansenique discipulos, & Augustini *Filios spurios* contumeliose appellaret. Cupio videre licuisse Anonymo iussa Romanorum Pontificum procaciter contemnere, non licuisse Berto, non licuisse Ricchinio contra contemptorem mutire.

Unum restat, ut qualem fructum ex hac larvati Sorbonici Epistola percipiat Hæresis Janseniana diligenter attendas. Equidem cœpta est hæc hæresis, cum primum damnata fuit, plurimum a Catholicis juvari. Nam quæ odio, ut par erat, habita ab omnibus fuisset, planeque concidisset, si in iis, in quibus erat, oppugnata fuisset; improborum opera in viros catholicos, & egregios Scriptores malitiose translata exui quodammodo deformitate cœpit, & minus, quam re ipsa est, perniciofa judicari. Veri Jansenistæ, non hebetes illi quidem, sed vafro, acutoque ingenio, quod viderunt quanti sua interesset, hæresim quam tuerentur, non modo ab se, sed etiam a nostris communem prædicari cum catholicis scholis, sibi non defuerunt, quin diligentissime efficerent, ut causæ suæ horum improborum malitia prodesset. Ergo viam, quæ illis commonstrata a nostris fuerat, secure insistentes modo societatem, conjunctionemque doctrinæ suæ cum scholis catholicis prædicare; modo liberius jactare, phantasma esse Jansenismum; atque ipsius hæresis, qua compuncti fuerant, nullum præferre pudorem: quæ res non iis male procedere videbantur. Nam qui poterant minus docti, imperitumque vulgus non facile putare, phantasma esse Jansenismum, cum perspicerent eorum plerosque, qui Jansenismi a Scriptoribus Catholicis insimulabantur, magnos esse in Ecclesia, ac summis etiam honoribus perfungi? Quem vero Arnaldi, Quæsnellique fautorem pudere poterat Jansenistam vocari, cum perpetuo audiret, eo nomine appellari Cardinales aliquos, Episcopos plures, doctissimos sine numero variorum Ordinum viros? Quid quæris? Nequissimo consilio subventum est Sectæ Jansenistarum. Nam cum alia quavis hæresi damnata, princeps semper cura fuerit quam plurimos eidem eripere, hac Jansenistarum proscripta, laboratum est maxime, quam plurimos in eam conjicere. Hoc autem tantum malum, quod optimo consilio minuere pro viribus conati fuerant Annatus, Decampus, Sanfelicius, alique Societatis Jesu Patres, & Theologi doctissimi, majorem in modum auxit Colonia, & perennari studuit eo in libro, in quo omnium Ordinum multos, & magnos viros Jansenistis annumerando, Sectam deterrimam multo maxime illustrem reddidit, effecitque, ut multo insolentius, quam pridem fecissent, jactare possent Jansenistæ, se cum præclaris Thomæ, atque Augustini discipulis commune habere fatum, & causam. Hunc librum, quo bonæ causæ plurimum detrimenti afferebatur, damnavit non ita pridem sacra Indicis Congregatio, effecitque Decreto suo, ut omnes intelligerent,

nihil

(XV.)

nihil eam hæresim habere commune cum schola D. Thomæ, Divi-
 que Augustini, & horum plerosque discipulos per summam inju-
 riam cum Jansenianis fuisse conscriptos. Hoc Romæ declarato, ja-
 cent homines Janseniani, destituti que magno præsidio, quod ha-
 bebant in Societate illustrium Theologorum, non possunt amplius
 tegere se se, & ullam apud imperitos cum catholicis scholis jactare
 conjunctionem. Sed ecce tibi audax Congregationis criminator,
 qui Colonia, quantum in ipso est, vindicato, ac restituto, non
 patitur tantum beneficium esse diuturnum, neque veretur iterum
 Jansenistas erigere, eodemque subsidio, quo eos Colonia firmarat,
 roborare. Non ille Jansenianam veritatis zelo hæresim odit, sed
 iniquo fert animo in ea non esse Norisium, non esse Bonam, non
 esse Genettum, non cæteros esse Scriptores nostros, quos esse vo-
 luit Colonia: quasi una sit via ad Hæresim Jansenianam oppugnan-
 dam eam in optimos quosque Ecclesiæ Romanæ transferre Theolo-
 gos. Nam quod ipse, damnata Bibliotheca Jansenistica, Norisio-
 que, & aliis Catholicis viris a calumnia vindicatis, veretur ne res
 haud male Jansenianis procedat, agnoscis quam sit non solum, ut
 demonstravi, temerarium, sed etiam inane, & longe petatum.
 Quid timet autem? Non defuturos, ait, qui Norisio vindicato,
 dicant Sancyranum etiam, cæterosque Porturegienses injuria a
 Colonia fuisse in Bibliotheca repositos, & hos quoque a Jansenismi
 censura vindicatos. Non puto quemquam inveniri tam pingui, sto-
 lidoque ingenio, ut ei cadere in cogitationem possit, utrum, vin-
 dicato Norisio, Arnaldus etiam, & Sancyranus vindicati censeri
 di sint a Jansenismi censura. Fac tamen esse, qui sic, ut somniat
 auctor Epistolæ, velit desipere. Quale tandem peccatum erit re-
 spondere? Bibliothecam Jansenisticam non esse normam Catholi-
 corum; non unum esse Coloniam, cui neglectis veris Magistris,
 auscultare debeat populus Christianus, atque ex eo quæ vitanda
 sunt discere vitare? Quale, si addamus, Romanos esse Pontifices,
 esse Cardinalium Congregationes, quæ, qui sint veri Jansenistæ,
 eorumque errores doceant, & commonstrent; Coloniam denique
 privatam esse Scriptorem, nullius nominis Theologum, imperitum
 Catholicorum dogmatum, falsumque in recensendis Jansenistis esse?
 Cæterum tot jam sunt a Sede Apostolica in veros Jansenistas lata de-
 creta, ut illi tergiversari non possint, multoque minus, damnato
 Colonia, eniti latere. Quid igitur? Desinent tandem aliquando
 desipere Janseniani? Nihil minus. Contemnent magis, magisque
 Romæ decreta, eosque quemadmodum contemnere possint, do-
 cuit omnium optime Epistolæ auctor exemplo, dictoque, præser-
 tim cum audeat effutire: *Catholicorum cum Jansenistis controversiam,*
eo demum verti, utrum quinque propositiones quod ab Ecclesia damnate
sunt sensu, revera extent in Jansenii Libro. Negant quidem extare
 Janseniani; non in eo tamen sita est omnis eorum cum Catholicis
 con-

controversia. Quod eo dico, ut hujus censoris agnoscas incertiam. Arripient tamen, quod ille tribuit, Janseniani, & audito Romanum Pontificem idem sæpe declarasse, audacius multo, quam antea respondebunt, extortum fraudibus, & insidiis fuisse Jansenii damnationis decretum; circumventum fuisse Pontificem, illusum Cardinalibus. Num hæc, inquit illi, accidere Romæ possunt, cum damnatur Colonia, non item possunt, cum damnatur Jansenius? Aut longe difficilius putatur esse, quid Colonia peccarit, atque utrum Pontificum decreta violarit, agnoscere; quam Jansenii sensum in ejus Libris investigare? En arma quæ parata Jansenistis sunt ab auctore Epistolæ: quibus si utantur, nescio plane quid a nostris reponi possit, nisi illud respondeatur, exisse, cum hæc scriptitaret, de judicio, de mente Romanæ Congregationis criminatorem. Neque vero potest quin plane exierit, cum non animadverterit se se ita scribendo vicisse temeritatem omnium Jansenistarum, atque effecisse exemplo suo, ut deinceps omnem, si quis in eis superesset, abjicerent pudorem.

Ut autem nihil deesset ad summam impudentiam, neque solum Jansenianos, sed etiam omnes improbos incitaret, impelleretque ad Indicis Congregationis contemptum, Librosque ab ea proscriptos impune legendos, insinuavit quoque illud Menagii: *Notabitur Romæ, legetur ergo.* Non desunt, qui illud usurpent, profligatæ conscientiæ homines; & non deerunt deinceps multo plures, cum videant esse Theologos, qui illud suggerere, atque probare non dubitent. Horum, horum opera visæ sunt deterrimum in modum sperni Romanæ Congregationes; & non solum legi, sed etiam furtivis typis iterum edi in Italia, vulgarique Libri, quos illæ damnarunt. Sed hæc viderint illi, quorum interest salvam esse, nihilque ex improbitate malorum detrimenti capere Christianam Rempublicam.

Nos, quando tam multi sunt hæretici homines, qui hanc Apostolicam Sedem inique contempnunt, ac maledictis, insectantur, Deum precemur O. M. ut ei saltem omnes obsequantur, & pareant, qui Catholicorum nomine ac religione censentur, ejusque Sanctiones, qua par est reverentia excipiant ii cum primis, qui *caeca quadam obedientia se se amplecti* (a) prædicant *quidquid Roma decreverit*; unaque efficiat ut ad sanitatem redeant refragatores, sibi que dictum accipiant a Spiritu Sancto: (b) *Non iudices contra Judicem, quoniam secundum quod justum est judicat.* Tum illud intelligant: (c) *Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.*

Dabam Romæ pridie Idus Martii MDCCL.

(a) Apud Auctorem Epistolæ pag. 8. col. 2.

(b) Ecclesiastici 8. 17.

(c) 1. Reg. 15. 23.

DECRETUM.

Sacrae Indicis Congregationis Decreto damnata, & prohibita fuere Folia nonnulla sine loco impressionis edita sub hoc titulo - Epistola Doctoris Sorbonici ad Amicum Belgam - latine, & gallice scripta, tamquam Libellus famosus, continens propositiones falsas, temerarias, scandalosas, seditiosas, atque Apostolicæ Sedi injuriosas.

Ea itaque Folia ubicumque, & quocumque idiomate impressa, seu (quod absit) imprimenda, Sacra eadem Congregatio vetat, ne quis cujuscumque status, & conditionis apud se retinere, vel legere audeat, sed ipsa Ordinariis Locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus statim a præsentis Decreti notitia tradat sub pœnis in Indice Librorum contentis.

Quibus per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO PAPÆ XIV. relatis, Sanctitas Sua Decretum approbavit, atque executioni mandari jussit. In quorum Fidem &c.

Rome in Palatio Apostolico Quirinali die VI. Maji 1750.

Jo. Cardinalis Spinellus.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Th. Augustinus Ricchinius
Ord. Præd. S. C. Secret.

Die, mense, & anno, quibus supra, prænotatum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curia Innocentianæ, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per Nicolaum Cappellum Apostolicum Cursorem.

Antonius Befani Magister Cursorum.

DECRETUM.

2 hanc Indicta Congregationis Decreto damnata, et prohibita fuerit
Folia nempe illa sine loco impressione edita sub hoc titulo - hinc
Folia Doctoris Sorbonici ad Aristoteli Belgam - latine, & gal-
lice scripta, tamquam Libellum feneratorum, continentia propositiones fal-
sas, temerarias, scandalosae, schismaticae, atque apostolicae sedi
injuriarum.

Et hanc Folia ubique, & quocumque locorum impendenda, seu
(quod obest) impetranda, tam in eadem Congregatione, quam in
civitate, & conditionibus hanc, & conditionibus hanc, vel legere ut-
que, sed ipsa Ordinaris Locorum, aut hanc hanc hanc hanc
causis hanc hanc a praefata Decretis nullatenus tractari debent in
Indicta Libellorum contentis.

Quibus per nos infra scriptis Secretariis sanctissimae Domini No-
stro BENEDICTO PAPAE XIII. salutem, sanctissimae Domini No-
strae approbavit, atque executioni mandavit, jussit. In quibus
Titulus etc.

Roma in Palatio Apostolice Quaevis die vii. Maii 1770.

Jo. Cardinalis Spinellus.

Loco sigilli.

Fr. Th. Augustinus Richman
Ord. Praed. S. C. Serv.

Die, mensis, & anno, quibus supra, praenotatum Decretum
auctoritate, & publicatione hinc ad vobis Curiae Innocentianae,
in aede Campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuetis
Urbis per Nicolaum Cappellum Apostolicum Cantorem.

Antonius Regius Magister Censorum

49
6

A D
PHILALETHEM
ROMANUM
CUJUS EST EPISTOLA

*De justa Bibliothecæ Jansenianæ Proscriptione,
data Romæ pridie Idus Martii 1750.*

HISPANI PHILALETHÆ

R E S P O N S I O

U B I

*De justa Proscriptione Norisii per Hispananz
Inquisitionem.*



HISPALI MDCCLI.

Superiorum Permissu.

A D

PHILADELPHIAM

ROMANUM

CULUS EST EPISTOLA

De Jussu Medicorum Romanorum Proscriptions
anno Romae quibus Idem Martii 1750.

HISPANI PHILADELPHIAM

RESERVA

U. B. I.

De Jussu Proscriptionse Morbi per Hispaniam
Ingentissimum.

HISPANIA MDCCCL.

Superiorum Tomus.

50

CUm primum ad nos pervenit infaustus rumor, P. Decoloniam Jesuitam Bibliothecam Jansenianam, Romam proscriptam, curante Ricchinio Dominicano, eoque maxime proscriptam nomine, quod Norisium Cardinalem adnumeraret accusatis de Janseniana hæresi, profecto non eò usque desipere Hispani Inquisitores, ac Doctores, ut non statim intelligerent, quod sibi vellet, quòve spectaret Dominicanum de proscripto Libro Decretum. Eo siquidem collineabat, ut quoniam paulo ante Hispana inquisitio Norisii Opera, Quesnello atque asseclis laudatissima damnaverat solemni Decreto, improbaretur Romam ea damnatio: quod cum palam, atque apertè præstari minime deceret, id oblique saltem, ac per cuniculos fieret. Qui enim in Romana Indicis Congregatione, Dominicanam factionis impulsu, professi sunt improbandum P. Decoloniam, quod paucis verbis Norisium dixisset de Jansenismo ter accusatum, totidemque vicibus sine damnatione dimissum; qui eundem Jesuitam temerarium ea de causa appellaverunt, ac contumeliosum in Eminentissimam dignitatem, ii sane in publica ecclesie luce edixere, exulcerato animo se esse in Hispanos Inquisitores, se flocci facere, nulloque loco habere gravissimum ipsorum Judicium, neque solum Norisii Opera indigna fuisse, quæ ab Hispanis damnarentur, sed eum potius P. Decoloniam acri censura notandum, quod minùs honorifice de Eminentissimi ejus Viri doctrina scripsisset.

Cæterum longè acriùs, atque arrogantius Hispanis insultatum est Epistola Romani Philalethi,

4
hoc est Ricchini, aut alterius nescio cujus Ricchianæ Factionis. Cum enim, ut mox ostendi, P. Decoloniæ causa communis sit cum Hispanæ Inquisitionis Decreto in Norisium, atque alterum ab altero abstrahi, ac divelli nulla ratione possit, quid tandem efficitur tot in P. Decoloniam conviciis, injuriis, contumeliis, dictariis, quibus ea Epistola à capite ad calcem oneratur, nisi ut sub unius Jesuitæ nomine proscindatur, ac deridenda proponatur Hispana Inquisitio, quæ longè magis Norisiana doctrinæ splendorem infecit, lata in ejus librum proscriptionis censura, qua non obscuro, atque ambiguo sermone, sed disertè, ac perspicue quam male de ea doctrina sentiret, testata est. Ab ea epistola, quæ seriùs quam oportebat, nempe non ita pridem in Hispanias missa est, vindicandos suscipio Hispanos Inquisitores, *ratiocinatione*, ut ajunt, *ad Hominem*: quod cumulatissimè perfecero, si ostendam, quibus de causis Bibliotheca P. Decoloniæ damnata est Romano, seu veriùs, *Dominicano decreto*; iisdem, imo vero potioribus argumentis Norisii Libros per Hispanam Inquisitionem æquiori jure debuisse proscribi.

Erit itaque

§. I. *Multò majori cum audacia pluribus Sanctis Viris errorem, atque hæresim affinxit Norisius, quam Catholicos nonnullos in erroris suspicionem vocaverit P. Decolonia.*

§. II. *Alia expenduntur conviciorum genera, quibus plus detrahit Sanctorum gloria Norisius, quam Norisii famam imminuerit Decolonia.*

§. II.

5
51
S. III. *Insignis temeritas, dolus malus, & incredibilis audacia, quorum Philalethes Romanus Decoloniam accusavit, demonstrantur in Norisio.*

S. IV. *Ostenditur quam parvi fecerit Norisius Pontificum decreta, quae Decolonia violare, timuit, ne reprehenderetur: Ita enim fingit Philalethes Romanus.*

A 3

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Second block of faint, illegible text, also appearing to be bleed-through.



S. I.

Multo majori cum audacia pluribus sanctis viris errorem, atque hæresim affinxit Norisius, quam Catholicos nonnullos in erroris suspensionem vocaverit Decolonia.



Primo jure exclamas Philalethes (a) *Non debuit tandem aliquando damnari liber, in quo auctor insigni temeritate, dolo malo, incredibili audacia Viris catholicis errores, atque hæreses affingit?* Ita sane debuit damnari, qui tantum scelus admisit. At quid de tuo erit Norisio, si viris ipse non modo catholicis, sed sanctis etiam, ac publico ecclesiæ cultu donatis errores tribuat, atque hæresim? Quam de ipso feres sententiam? Jam te videor videre fronte crispata, & uno supercilio ad frontem elato, altero ad mentum depresso pro tua, qua res agis Romanas, æquitate pronunciantem in Norisium damnationis sententiam, si tanti criminis reus convincatur. Sede ergo, & accusationem, quam instituo, æqua lance perpende. En tibi Norisium, qui de illis agens capitibus (b) quæ Cælestini literis adnectuntur ait, -- *Si capita illa essent Cælestini, & ab Apostolica Sede emanassent, non video, qua*

A 4 ra.

(a) *Epistolæ pag. 3.*
(b) *Norisius in Vindiciis cap. 8.*

ratione Faustus Rejorum, Vincentius Livinensis, Hilarius Arelatensis episcopus (si in sententia perstiterent) ac alii Galliarum episcopi ab Hæresi excusari possint, ac inter divos erectis aris connumerari? Ut illos igitur Sanctitate, atque eruditione celebres viros ab Hæreseos nota vindicet, qua utitur defensione Norisii? num eos negat in Sententia perstitisse? Imo ait ante Arausicanam Synodum Massiliensium opiniones fuisse ab illis mordicus propugnatas: nempe nullo unquam vitæ tempore errorem deposuere. Negabit igitur capita illa esse Cælestini, & ab Apostolica Sede emanasse? Ut ne Cælestini esse credantur multis quidem conatur Norisius: at dum ea capita Cælestini fuisse pernegat (a) Innocentii tamen, Zosimi, ac Synodi Carthaginensis esse concedit. Nunc rogo te mi Philalethes: num solum Cælestini, an etiam Innocentii, Zosimi, & aliorum Pontificum Decreta idem præstant? Si præstant; sive Cælestini, sive Innocentii, ac Zosimi sint, Hæreseos nota sanctis illis viris per Norisium inuritur: Sin vero hunc inter, aut illum Romanum Pontificem nonnihil interesse dicis, neque parem in omnibus docendi auctoritatem agnoscis, vide quantum Ricchinianæ Factionis doctrina, non modo ab Hispanæ Inquisitionis, sed à Catholicæ ecclesiæ sententia discedat. Quid est Philalethes? non dubito quin sentias, te in id loci esse redactum, ut qua effugias, nescias prorsus. Quid statuis? Quid decernis? Quis evidentius hæresim affinxit? Num Decolonia Norisio: num Norisius sanctissimis illis viris? Scio, te, tuosque in romanis quibusdam congregationibus pro libidine dominari, & in Franciscanos quidem,

Je-

(a) Norisius in *Vindictis* cap. 8.

Jesuitas, horumque similes, esse vos & accusatores, & Testes, & Judices: cum iidem ipsi pro aliis sitis, & Judices, & Testes, & Patroni. At induas, per me licet, Patroni, ac defensoris Personam, deposito Judice, quid tandem habebis, quod respondeas? Quæ adduxi, ipsissima sunt Norisii verba. Ait, *se nescire, quomodo inter Sanctos computandi sint Faustus, Vincentius, Hilarius Arelatensis, aliique Galliarum sanctissimi Prasules, si capita illa Cælestini fuerint, & ab Apostolica Sede emanarint*: asserit emanasse ab Apostolica Sede, nempe Innocentio, ac Zosimo, sin minus a Cælestino: illi igitur Norisio docente, nullo modo excusari ab Hæresi possunt.

Quid si aliis etiam verbis id ipsum Norisius doceat? Ait siquidem (a) ita apertè, ita clare, ita evidenter in iis apostolicis decretis Hæresim semipelagianam damnari, ut si quis Massiliensium sententias post hæc decreta asseruisset, *ex Literis Cælestini*, quibus capitula adnexa erant, sin minùs à Cælestino, saltem conscripta ab Innocentio, ac Zosimo, *Reus hæresis convinceretur*. Imo neque ex ignorantia excusari posse confirmat [b]: *Siquidem episcopi tenentur scire canones ecclesiasticos, ac proinde illorum ignorantia est in illis culpabilis*.

Proferas, amabo, Philalethes argumentum, æque firma ratione conclusum, quo suadeas, & Coloniam Norisio hæresim affinxisse? Quod si fecisset, non is profecto labem hujus infamiæ, ac maculam intulisset viro tantæ Religionis, ac Sanctimonix, quantum in Fausto, Vincentio, Hilario, ac reliquis pluribus Galliarum episcopis Historix prodidere. Tu-

A 5 um

(a) Norisius in Vindictis cap. 8.

(b) Norisius ibidem.

um interea sit dignam Bessarione vocem recolere (a) Ergo Sancti, qui hanc Sententiam tradidere, haeretici fuerunt? Muta fiant labia dolosa, quae loquuntur adversus justum iniquitatem. Atque hujusmodi quidem Labia in Norisio rectius damnari curasset Congregationis Indicis Secretarius, si non Ricchinus nescio quis Dominicanus eo munere fungeretur, sed Romanae Curiae Praelatus, qui non impotenti in Jesuitas odio flagret, qui recto, atque amico animo sit in Hispanam Inquisitionem, à qua Dominici Fratres dejectos sese olim fuisse sub Ferdinando Rege, nonnisi cum indignatione reminisci possunt. Quapropter nemo illos mirabitur pro ea, qua in Romanis congregationibus auctoritate valent, fere perpetua diffidiorum semina, quibus utriusque Inquisitionis Romanae, atque Hispanae concordia perturbatur: cui malo, ex quo turbæ ingentes excitari in dies singulos possunt, nullo satis idoneo remedio occurreretur unquam, nisi vel Hispania Inquisitionem suam Dominicanis restituat, vel Summi Pontifices Romanam Inquisitionem à Dominicanis avellant, atque abstrahant.

S. II.

Alia expenduntur conviciorum genera, quibus plus detrahit Sanctorum gloriae Norisius, quam Norisii famam imminuerit P. Decolonia.

Verum huc usque leviora: longe graviora, si placet videamus. Sanctos eos viros ab Hilario, ac Prospero accusatos scribit apud Cælestinum, quod

(a) In Concilio Florentino Sess. 25.

quod Augustini doctrinam injuriis laceſſerent (a); de
 iis agens, petulantes, insolentiores, honoris, credo,
 cauſa adpellat: apud Cæleſtinum expoſitos fuiſſe di-
 cit ipſorum conatus, inſidias, conſilia: à Cæleſtino
 ipſorum audaciam compreſſam. Neque eos unquam
 abſolutos refert, ſed graviffimis cenſuris à Romano
 Pontifice affectos. O Egregios Sanctos, & eccleſiæ
 factis, quibus adſcripti ſunt, verè dignos! Petulan-
 tes ſcilicet, insolentes, inſidiosos, & Romanorum
 Pontificum damnatione notatos. Fierine poteſt,
 Philalethes, ut contra Decoloniam tanta ſis ira-
 cundia, quod Noriſium de Jansenismo accuſatum,
 & ſine cenſura dimiſſum in Bibliotheca retulerit?
 cum interea Noriſius tuus, egregius ille vir, inno-
 centiffimus ille, & forte meliore dignus, te neque
 leviter ſubirato, imo connivente, atque etiam pro-
 bante, tot Sanctos adpellat audaces, injurioſos in
 Auguſtini doctrinam, petulantes, insolentes, inſidio-
 ſos; & apud Pontificem accuſatos, non tamen ab-
 ſolutos, imo vero damnatos, graviffimiſque cenſuris
 affectos. Et tamen damnandus, te judice, Deco-
 lonia eſt, quod apud imperitum vulgus perſe-
 veret Eminentiffimum virum traducere; innocens tamen
 Noriſius, licet illas verborum contumelias, ac con-
 viciorum aculeos in ſanctiffimos illos viros intor-
 queat.

Putas autem, Philalethes, non intelligere me,
 quos imperiti vulgi nomine complectaris? Hiſpanos
 nempe Theologos, cenſores, Judices designas; ac
 vehementer doles, quod Decolonia ſux Jansenia-
 næ Bibliothecæ lectione apud imperitum hoc Hiſ-
 panorum vulgus adeo Noriſium traduxerit, ut tan-

A 6 dem

(a) Noriſius in *Hiſtoria Pelagiana* lib. 2. c. 11.

dem recentissime Norisianorum librorum proseriptionem ab Hispanis Inquisitoribus extorserit. Detur hoc Urbanitati tuæ, quod nos Hispanos imperito vulgo adnumeres. Audiveram quam audacter, ac temere de nostra doctrina oblocuti Romæ fuerint tui illi Dominicani, qui in utraque, & Inquisitionis, & Indicis Romana congregatione rerum potentes sunt, quique in causa Ven. Mariæ ab Agrida eo negocium adduxere, ut paucissimis Theologis Romanis ad examen adhibitis, & eorum plerisque Dominicanarum partium studiosis, suffragia inquisitionis, & Academiarum Hispaniæ, tum numero, tum dicentium doctrina longe graviora polthaerentur. Verum ista mittamus: nihil, mihi crede, Decolonia nos movit, ut Norisium damnaremus. Movit tum multiplex librorum error, qua de re alias, tum conviciorum congeries immerito jactata in egregios Viros, Sanctorum etiam monumentis inscriptos. Accipe enim Norisii in Sanctos observantiam. Uno, eodemque [a] capite, & semipelagianorum nonnullos præcipuos Duces Sanctos vocat, & eosdem subinde magnis conviciis proscindit; quod quid est aliud, rogo, quam eos veluti fictitiæ sanctitatis homines legentibus deridendos, subsannandosque proponere? Itaque eo loco de iis agens, quos Prosper oppugnabat, & duobus abhinc sæculis Semipelagiani appellari solent, eos verbis Prosperi vocat Sanctos... egregios in omnium virtutum studio viros... magnæ auctoritatis, probitatis, ac reverentia; quibus notis, quis non intelligat, et divos, & præsules, quos superioribus capitibus inter Semipelagianos recensuerat, à se describi? Quid tum

(a) Norisius in Hist. Pelag. cap. 10.

tum postea? Tam ad speciem eximias, ac magnificas laudes ejusdem Prosperi verbis, alio tamen atque ille scripserat sensu acceptis, continuo obliterat. *At Prosper*, ita enim sub eas dolosas laudes Norisius subjicit, *cum optime intelligeret in Semipelagiano Bello non modo cum hostium doctrina, verum etiam cum vulgi opinione sibi lactandum esse* (quos iis judiciis designet, animadvertite) *paucis significavit, quod hominum genus impugnandum suscepisset: ita ergo prefatur.....* Plurima hic ex Prospero exscribit Norisius, quibus semipelagianos describit *malignos, heretice loquaces, subdole faventes hereticis, tantum ad speciem pios, fallaces, calumniatores, Hypocritas, apud indoctos solum sapientes, presumptuosos, divinis, atque humanis constitutionibus rebellantes &c.* Ac ne gravissima ista convicia fidem Lectoris suspensam, ac dubiam tenerent, addit Norisius. *Hæc Prosper: cujus fides in dubium à nemine vocari potest.*

Quæris adhuc Testimonium, quo longe clarius suam in Divos reverentiam Norisius prodat? Accipe ejus verba ex capite quinto: *Mortuo Augustino, inquit Norisius, ejusque Libris à Celestino approbatis, cum videret Prosper Cassianum, & Hilarium pertinaciter S. Doctori refragari, severioribus dictis eosdem excepit: Nam Hypocritas, lupos occultos, calumniatores ignominie causa appellabat.* Parum itaque Norisio fuit, quod Gallicanæ Ecclesiæ primatem Hilarium ad cœtum semipelagianorum, nisi etiam ad Hypocritarum, luporum occultorum, & calumniatorum gregem detruderet. Et adhuc Scriptorem hunc post tot in Divos apertissima maledicta, ac contumelias prædicas innocentissimum, qui Decoloniam quod Cardinalem ambigua vocula violaverit, pronuncias intolerabilem? O pietas in Sanctos! O Æquitas in delinquentes!

At-

Atque ego quidem nunquam mihi suadeam Romano Judicio damnandum fuisse Decoloniam, Norisio dimisso, si sacrae Indicis Congregationi pro tuo, quo fungeris, Secretarii munere, legendam exhibuisses ab eadem ipsa Congregatione sancitam regulam, qua ut tu ipse fateris pag. 2. *vetat tolerari libros . . . qui fama proximorum ac praesertim Ecclesiasticorum detrahunt.* Neque ab hac regula excipi pateretur Sanctos in caelo regnantes tuus ille Castoriensis, qui à Catholicis probabat praestari erga ipsos cultum, eo modo, quo Sanctos in terra exulantes colunt. Multo autem minus tam absurdam exceptionem admittere Hispania potuit, quae cum universa Catholica Ecclesia docet *eo magis colendos à nobis sanctos viros in Caelum receptos, quo eorum certior est nobis sanctitas.* Verum hæc, aliaque repræsentanda fore eminentissimis Patribus tunc tantum sperare liceat, cum non Dominicanus aliquis Commissarius S. Officii, Indicis Secretarius, Palatii Apostolici Magister pro suo Romæ dominatu omnia susdeque vertent, sed his publicis muneribus in Sæculares Romanæ Curiae Prælatos translatis, ii seligentur, quibus non Banesianæ Scholæ gloria, sed Dei, atque ecclesiæ, non Hispanæ Inquisitionis, aut Jesuitarum infamia, sed odium errorum, atque Hæresum cordi sit.

S. III.

Insignis temeritas, dolus malus, & incredibilis audacia, quorum Philalethes Romanus Decoloniam accusavit, demonstrantur in Norisio.

Decolonix temeritatem ad id revocas pag. 4. quod nimirum & fateatur ter accusatum Norisium

fiam, & ter fuisse sine censura dimissum, & ulterius perseveret eundem Jansenistis adscribere. Quid autem Norisius? Nonne & fatetur Faustum, Vincentium, Hilarium Arelatensem dici à S. Prospero egregios in omnium virtutum studio viros, & simul perseverat eosdem illis adnumerare, quos idem Prosper, *cujus fides in hac parte nequit in dubium revocari*, testatur, *speciem tantum* habere pietatis, *cujus virtutem diffidentur in sensu?* Fatetur à S. Prospero appellari *Sanctos*, & eosdem dicit vocatos *tantum ad speciem pios, fallaces, Hypocritas, denique Lupos*. Excusanda Decolonix temeritati præsto est exemplum Pelagii *accusati, ac sine censura dimissi à tota Synodo Diospolitana, iterum accusati, ac sine censura dimissi à Zosimo, ac sanctis viris Romanis*; neque tamen de ejus hæresi dubitabis. At cedo exemplum Sancti Scriptoris, qui hominem egregium pietate, magnæ auctoritatis, reverentiæ, probitatis appellet, eundemque vocet *tantum ad speciem pium, hypocritam, Lupum, petulantem, rebellem, insidiosum, malignantem*: scio sanctos viros severis dictis ab aliis magna etiam sanctimonia conspicuis exceptos; verum qui ea verborum acrimonia usi sunt, eorum quos ita insequabantur mores optimos, pietatem, religionem ignorabant. Quid? quod hanc in sanctis Scriptoribus deceptionem tunc solum fatemur, cum alium sensum, atque interpretationem non patiuntur. Longe alia Norisius. Quid enim ipsum coegit, ut quæ de Lupis, Hypocritis, aliisque hujus furfuris dixit Prosper, ea de S. Hilario Arelatensi, aliisque Galliarum Ecclesiasticis viris temere interpretaretur? Hanc audaciam, qua enim alia voce utar? explicaturus Hispanus doctor perinde de Norisio censebat, ac si videns quis Luciferi

feri effigiem ruentis in Tartara, ac post se trahentis tertiam stellarum partem, illi subscriberet *Vera effigies S. Michaelis*: cedo parem in Decolonia temeritatem.

Festivum est, quod scribis pag. 10. de malo dolo P. Decoloniae, quod scripserit se non eos solum recensendos suscipere, quorum Jansenismus compertus est, sed illos praeterea, qui passi sint Jansenismi accusationem. Sic autem pronuncias -- *Quis statim non cognoscat improbam fraudem, & compositum horum Scriptorum ad fallendum ingenium? vidit Colonia, si Norisium, aliosque catholicos in Bibliotheca sua reponeret, futuros qui id vehementer reprehenderent. Quare se velle dixit eos etiam, qui in suspicionem Haeresis [Jansenianae] aliquando adducti sunt, in Bibliotheca Jansenistica reponere.* Mitto quam praedicas de scriptoribus Jesuitis improbam fraudem, & compositum ad fallendum ingenium: quae verba livoris in Jesuitas plenissima satis testantur, quam belle de rebus Jesuitarum judicent Romae Dominicani Fratres; cum tamen, qui ad has curas vocantur, certum sit eos ab omni ira, cupiditate, factione remotos esse oportere; quod à Praelato Saeculari sperari quidem potest; à Dominicano vero in Jesuitas, aut Franciscanos quis nisi insanus speret? At in viam redeamus. Miseret me tui Philalethes, qui nihil gravius in Decoloniam dicas, quod non longe verius recidat in Norisium. Haec ipsa, quae tu divinantis in morem, atque intima cordium perscrutantis ex Tripode in Decoloniam pronunciasti, Norisius cap. 10. de se ipso fatetur ingenue. Audi quam bene sua ipse confessione urgeatur, eisdem fere verbis composita, quibus tu in Decoloniam accusationem instituiti. *Video, inquit, plerosque egre ferre Vincentium Semipelagianis accenseri*
(mul.

(multò magis Lupis , Hypocritis &c.) *Quare ut hominum censuras fugiam vel saltem mitigem, simulque invidiam declinem, Semipelagianorum doctrinam ex Prospero describam.* Habes reum confitentem ea de re, quam in Decolonia suspicabaris. Nihilotamen minus sine teste, sine ratione condemnas: Norisium autem confessione sua reum prædicas innocentissimum. Quia etiam miraris quid sit, quod hispana inquisitio non eo, quo velles, cæco obsequio exosculetur Dominicana Decreta, in quibus, ut ut Eminentissimorum Patrum magna nomina præferentibus, non ratio, non auctoritas, sed factiosorum virulentissima conspiratio dominatur.

Scriptores, quorum catalogum parabat, duas in classes a prima Libri præfatione partitus est Decolonia; alteram ex iis, quæ certo zizania erant improba, ac pessima indubitata hæresis vitio, a Trinitico utique diligentissime secernenda: Alteram eorum, qui certis hæreseos Bajanae, ac Jansenianæ Zizaniis non inficerentur, in suspicionem tamen erroris vocati sunt. Cum itaque deinde Norisium scribit ter accusatum, ter sine damnatione dimissum, ecquis dialecticis legibus levissime imbutus non intelligat, posterioris hujus classis Scriptoribus accenseri Norisium Decoloniae judicio? Norisii vero longissime diversa ratio. Ita in Semipelagianis & Sanctos agnoscit, & Lupos, ut eosdem Faustum, Vincentium Lirinensem, Hilarium Arelatensem, aliosque Galliarum Antistites Sanctos pronunciet, nempe *ad speciem tantum pios, atque hypocritas, proindeque pessimos Lupos.* Sit jam æquitatis tuæ judicare, uter dolosus, temerarius, audacior dicendus sit, Norisiusne in Sanctos, an Decolonia in Norisium. Ac siquidem eo major audacia est, quo
læsa

læsa dignitas major, velim hæc mecum perpendas : ausus Decolonia est detrahere unius cardinalis famæ, [sive veræ, sive confictæ, sive apud peritos, sive apud imperitos non disputo]: Norisius est ausus certissimæ tantorum virorum famæ tam grande vulnus inferre. Ausus est Decolonia *omnium literatorum* (ita enim falso scriptitas) præconia de Norisio contemnere: at ausus fuit Norisius omnium fere scriptorum sententias flocci facere, ut suam ferret in S. Vincentium: ausus contra *vulgarem, & inveteratam, doctissimorum*, atque eruditissimorum virorum opinionem S. Hilarium traducere: ausus catholicorum laudes spernere; quosque christianus Orbis veneratur, eos ex contorto S. Prosperi testimonio *Lupis*, atque *Hypocritis* adscribit. Ausus denique est Decolonia iudicium contemnere inquisitionis Romanæ, quo in loco veluti sibi tributo Regno, quamdiu jaetabit sese Dominicanorum potestas, ægre dijudices, quid auctoritati eminentissimorum Patrum, quid Factiosorum Fratrum præpotenti Tyrannidi sit tribuendum: At ausus est Norisius certissimum totius Ecclesiæ iudicium parvipendere, quo annis singulis tot ab hinc sæculis legenda in Sacris Fastis proponuntur illorum nomina, quæ *Lupos* inter, *præsumptuosos, hypocritas* legit Norisius. Vides spretam à Norisio longe graviorem absolutoriam Tabulam, quam quæ à Decolonia contempta sit. Pergis nihilominus, atque hunc intolerabilem dicis; cum Norisium non modo non ferendum, sed etiam laudandum pronuncies.

S. IV.

Ostenditur quam parvi fecerit Norisius Pontificum decreta, quæ Decolonia violare timuit, ne reprehenderetur: Ita enim fingit Philalethes Romanus.

V Ide quam amaro animo sis in Decoloniā (a) Jesuitam, atque omnes ejusdem Familiæ homines: novum ipsi delicti genus vitio vertis in Apostolica Decreta *timuisse ne illa violaret*. Quid si ea Norisius non violaverit tantum, sed conculcaverit? Scripsit Norisius [citatis locis] ante Synodum Arausicanam secundam tot fuisse Romanorum Pontificum Decreta, tot Innocentii, Zosimi, Cælestini, Sixti, Leonis, Bonifacii, & aliorum Pontificum Literas, ut omnino non possent errores Semipelagianorum propugnari. Quin etiam Lib. 2. Histor. Pelag. cap. 11. contendit Gelasium Papam cum Synodo Romana septuaginta episcoporum damnasse anno 404. Fausti, & Cassiani Semipelagianas opiniones; eorum præterea excusationem, qui dicerent, auctorum eorum opera damnata fuisse ut *Apocrip̄a*, non ut *Hæretica*, appellat Norisius *pestiferam malæ causæ advectionem*; eamque sese impugnaturum spondet, quod re ipsa præstitit cap. 3. Appendicis.

Hæc si vera sunt illud, sua sponte profluit: dissentientes in Galliis homines non potuisse ab hæreseos crimine vindicari. Sensit Norisius in quantam difficultatem ista incurrant. Quare Tom. 3. Colum-
na

(a) Ep. pag. 10.

na 959. non aliam à se fatetur inventam viam, qua Sanctos Semipelagianos pro ea ætate excuset, nisi quam Adpellantes à *Constitutione Unigenitus* iniisse Augustinum fingunt, ut Cyprianus excusaretur. Nondum (inquiunt Augustini verbis abutentes) rem illam de Hæreticorum Baptismo terminaverat *universale Concilium Plenarium de illa Concilium nondum habuerat Ecclesia Eisdem Cyprianus assensisset, si per plenarium Concilium fuisset eliquata Ipsemet Augustinus illam aperte non auderet, nisi universæ Ecclesiæ concordissima auctoritate firmatus.* Hæc, atque alia adpellantes: atqui cum hujuscemodi Pontificiæ auctoritatis hostibus omnia paria Norisio sunt, quippe qui non aliquantulum similibus verbis, sed illis ipsis utatur (a) in defensionem Semipelagianorum, ne quis eos fuisse hæreticos dicat ante Arausicanam secundam. Inde fit, ut Tomo 3. Columna 961. audacter de Semipelagianismo pronunciet, quod ante Concilium Arausicanum *Res erat in questione; dubia erat, & ambigua; quamvis dicat Bonifacius tam multa à S. Augustino, ac Romanis Pontificibus statuta fuisse, ut nulli ulterius deberet esse ambiguum, fidem quoque ipsam venire de gratia.* Inde est quod Libr. 2. Hist. Pelag. cap. 23. post concilium Arausicanum statutum anno 529. & Patrum Præfationem recitatam, hæc addat Norisius -- *Sequuntur viginti quinque Canones, quibus Semipelagianorum Sententia, QUÆ EOUSQUE CITRA LÆSÆ FIDEI CRIMEN LIBERE DEFENSÆ FUERANT CONDEMNATÆ SUNT.* Ita ne Norisi, Christi & Ecclesiæ causam cum Romani Pontificis auctoritate conjunctam non modo deseris, sed etiam prodis?

(a) Tom. 3. Columna 959.

